DOCUMENTS

Directorium ad Faciendum Passagium Transmarinum.

In the present number of the American Historical Review I have attempted to edit the first part of a work, hitherto only existing in manuscript,[1] which I venture to think is of great interest and value, and which has suffered from a remarkable neglect during the 450 years of printing. For an infinite deal of matter has issued from the press very inferior in all respects to this *Directorium ad faciendum passagium transmarinum* or *Directorium ad passagium,* as it is more briefly called by its author. What is here given amounts to nearly two-thirds of the entire work—which runs to about 24,000 words—is addressed to King Philip VI. of France (Philip of Valois), and was submitted to the council of the French king on July 26, 1330. In the royal registers of the French kingdom it is described as the proposal of a certain wise prelate, formerly a Dominican, and now an archbishop in the empire of Constantinople; but, as we see from the narrative itself, the writer had evidently been a missionary in Persia, and that perhaps for many years. His main object is evidently the same as that of his famous Venetian contemporary Marino Sanuto the elder, in the *Secreta Fidelium Crucis*; he aims at reviving the crusading energies of Western Europe, though primarily against the Byzantine Empire and the Eastern Church—the objects of his bitterest hate: the purpose of a legitimate crusade, against the Moslem, though undeniably present to his mind, is as undeniably in the background. On the other hand, the conquest of Russia, a land of Greek Christianity only less important than the Eastern Empire itself, and its subjugation to papal obedience, occupies a very prominent place in his thoughts; various routes to the Levant are lengthily discussed; an easy victory over the Turks is predicted; and something like a policy is sketched in outline for the administration of the Orient, thus conquered, by its new Catholic rulers.

Incidentally the " sage prelate " refers to his own wide and long experience of the Nearer and Middle East. He had seen armies of well-nigh all these countries go forth to war; he had been with

[1] Except for the extracts printed by Quétif in the *Scriptores Ordinis Praedicatorum,* I. 571–574; see below.

Martin Zaccaria, the Genoese captain of Chios, in some of his victories over the Turks; still more, he had once made his way so far south as to lose sight of the northern pole, in a region where he found the Antarctic reach an " elevation " of 24 degrees—about the latitude of southern Madagascar. Again, after describing the races that followed the Greek rite—Slavs, Bulgars, Wallachs, Georgians, Goths and others—he tells us how in his southern wanderings he once arrived at a " fairly large " island in the Indian Sea (probably Socotra), wherein baptism and circumcision were both practised, and about which he declares, with tantalizing brevity, he could have furnished many a curious detail, if he had not regarded the whole as foreign to his subject. Once more, he relates how in Persia (where he seems to have journeyed and missionized as early as 1308) he noticed the slave markets glutted with Greek captives; on the other hand he was delighted to find that the bare rumor of an attack from Latin Christendom threw the Moslems of Iran into a state of acute alarm.

He appears to have been one of the prime agents in that more complete submission of Lesser Armenia to Rome which took place in 1318; he speaks of his residence in " Constantinople or Pera "; while from his detailed treatment of Russia and the character of his references to that country, its lack of stone or brick (save only in the Latin cities on the coast), the nature of its people, and other particulars, we may infer that he had seen for himself a large portion of the lands on the north of the Black Sea.

The authorship of the *Directorium* remains a mystery. It has been ascribed by some to that John de Cora who in 1330 was appointed by Pope John XXII. archbishop of Sultaniyah in North Persia, and who is probably the author of a certain *Livre de l'Estat du Grant Caan,* written by command of the aforesaid Pope John, which gives some valuable material for the history of the Catholic missions of the fourteenth century in Asia, and especially in China. But our present writer, though fully contemporary with John de Cora, though belonging to the same order, and though once, at any rate, associated with the same mission, cannot possibly be identified with the bishop of Sultaniyah; the former's episcopate " in the empire of Constantinople " cannot be made to correspond with any of the Persian sees; while the attitude adopted by the *Directorium* toward the Eastern Church is *toto caelo* removed from the diplomatic attitude of the *Livre du Grant Caan,* where something like an alliance is suggested between the Catholic missionaries in the Mongol realms and the native Nestorian Christians of the same countries. And if the identification with John de Cora is unsatis-

factory, no better case has yet been made out for any other definite authorship. Very early in the manuscript history of the book a tradition seems to have arisen ascribing it to Burchard or Brocard of Mount Sion, the author of a celebrated, important, and charming work of pilgrim-travel; but as to this it is enough to say, here, that no work of a Latin Christian in the later Middle Ages shows a more liberal spirit than this *Descriptio Terrae Sanctae,* while the furious bigotry of the *Directorium* alone gives it a distinct place in the literature of European expansion at this time.

Once only has the *Directorium* received real attention hitherto,—when in 1719 Quétif printed some extracts from the work, with remarks thereon, in the *Scriptores Ordinis Praedicatorum*;[1] Sir Henry Yule's reference to our treatise in *Cathay and the Way Thither*[2] is simply and entirely based upon the few short extracts of the *Scriptores*; while even Quétif, though, here as elsewhere, showing his genius for selection and illustration, never attempts to give a general idea of the whole treatise, much less to reproduce it textually. The latter task, indeed, was no part of his business; it must be the principal part of the present undertaking.

For this edition I have used two of the three existing manuscripts of the original Latin text, viz., the Paris MS. 5138 Lat. in the Bibliothèque Nationale, and the Oxford MS. No. 43 in Magdalen College Library. The former, though a transcript of the seventeenth century, represents a rather better text than the latter, which is the work of a fifteenth-century scribe, apparently almost, if not quite, innocent of the Latin tongue, and producing his result simply by the copying of a work whose meaning he did not clearly understand. In many places I have preferred to give the Oxford scribe the benefit of the doubt; thus I assume that his manuscript reads *Ludouicus* although the writing is most plainly *Ludonicus*—here, as in hundreds of other cases, the difficulty arising, in all likelihood, from one or more accidental imperfections in the copyist's original. Yet in not a few cases M. (the Magdalen MS.) supplies better readings, and doubtless represents the original more truly, than P. (the Paris text) ; in the latter a revision was evidently intended, and a few corrections have been made in the margin, but this much-needed process of emendation has been very imperfectly performed.

As, on the whole, I believe the best method to be that of reproducing to the letter the most satisfactory MS. in hand, noticing in foot-page references all variations of inferior MSS. (often of course preferable to the readings of the "standard") I have tried,

[1] I. 571–574.
[2] I. 191.

in the first place, to print the Paris MS. intact, and, in the second, have endeavored to mark every place where the Magdalen copy differs from the Paris. But I have not thought it necessary to mention every instance of certain regularly recurring forms naturally differing from those of P., such as *d* for *t* in *sicud, velud,* etc.; *c* for *t* in words like *pocius*; *i* for *y* in words like *tipus*; *y* for *i* in *Ytalia,* etc.; *n* for *m,* as in *inpugnant*; *mpn* for *mn,* as in *solempnis, dampnum,* etc.; *ff* for *F* or *f,* as in *ffrancia, Affrica*; *p* for *b,* as in *optinent*; *f* (more rarely) for *ph,* as in *faretra*; the invariable *e* for *ae* and *oe,* as in *emulatio*; the equally necessary medieval *i* for *j,* as in *iugum*; the single *r* for double *r,* as in *Saraceni*; the single *s* for double *s,* as in *Assasini*; the *t* for *ct,* as in *cuntus*; and the insertion or omission of the *h* as settled by usage before P.'s time, as in *habundans, hiis, Ierusalem.*

In the following (October) number of the REVIEW, I hope, while printing the remainder of the *Directorium,* to discuss the document, as a whole, and in each of its more interesting passages, in greater detail.

C. RAYMOND BEAZLEY.

DIRECTORIUM

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Incipit directorium [1]ad faciendum passagium transmarinum,[1] editum per quendam[2] fratrem ordinis Praedicatorum, scribentem experta et visa potius quam audita, quod dirigitur serenissimo Principi et Domino Domino[3] Philippo Regi Francorum, compilatum anno Domini millesimo CCC. tricesimo.[4]

De celsitudinis vestrae sancto proposito, Domine mi Rex, in Romana curia fama celebri diuulgato exultat et jubilat orbis totus quod scilicet tanquam alter prouisus de superis Machabaeus pro aemulatione legis,[5] pro zelo fidei, pro liberatione terrae Christi sanguine consecratae sumitis bellum Dei. Et quia pauper ego non possum obsequi vestrae regiae magestati[6] in curribus et in equis quod Deo teste libentius et uberius facerem si haberem, cum hoc opusculo ad passagium directorio in nomine Domini, qui in tabernaculum testimonii pelles arietum et pilos caprarum praecepit et docuit offerenda, et plus quam diuites larga munera exhibentes pauperculam commendauit duo tantum aera minuta in gazophylacium offerentem vestrae felicitatis pedibus humiliter me prosterno. In quo quidem directorio non tam aliorum relatione audita quam ea

[1] *Ad passagium faciendum,* M.

[2] *Quemdam,* M.

[3] *Sic,* P.

[4] *Ad serenissimum principem et Dominum Philippum Francorum regem illustrem. Anno domini M°CC°C. xxxij°* [1332].

[5] M. omits *legis.*

[6] *Sic,* P.

quae per XXIIII. annos et amplius quibus fui in terris infidelium commoratus causa fidei praedicandae visa refero et experta. Licet igitur vestra potentia multos habeat directores, et sit[1] impossibile quod ad beatitudinem tantae praeeminentiae informatores non confluant undequaque, tamen hoc postulo, hoc supplico, mente tota, ut ejus mei fidelis vestrae celsitudinis ae deuoti hoc laboratum opusculum non repellat. Si enim aliiquicunque majora forte descripserint[2] vel promiserint grandiora, puto tamen et certus sum quod utiliora non potuerunt[3] exhibere nec ostendere veriora. Si quis vero in iis quae inferius dissero et describo punctum se reputet[4] siue laesum, non veritati nec ipsam dicenti sed sibimet irascatur potius quia talis. Non enim quisquam palpari debuit aut vereri ubi directio tanti exercitus aperitur et de tutela ac salute agitur tanti Regis. Inter haec cuperem si mereor[5] tui, Domine mi, vestigia prosequi tam sanctum [P. 2] negotium exequentis, non sicut unus de mercenariis, sed sicut unus de illis qui de micis quae cadunt de mensa tua cupiunt saturari, ut sicut haec describo literis, digito demonstrem.[6] Huic autem opusculo *directorium ad passagium* nomen dedi, quod ad significationem duorum gladiorum quorum Dominus sufficientiam attestatur, et ad typum Apostolorum, quorum numerus in duodenario consummatur, in duos libellos et duodecim partes distinctum exhibeo et completum, ut sicut gladius viuus et efficax verbi Dei ipsorum Apostolorum ministerio durata corda gentium penetrauit earumque colla[7] indomita suae[8] subdidit jugo legis, sic secundus gladius vestrae invictae potentiae ac virtutis exemptus de pharetra regni vestri, velut alter gladius Gedeonis, tabernacula hostilium nationum diuidat, deiciat, conterat, et conculcet. Amen.

Primus itaque libellus continet octo partes. Prima pars est de quatuor motiuis ad passagium faciendum. Primum motiuum est exemplum praedecessorum vestrorum Regum Franciae, qui semper inimicos crucis et fidei attriuerunt et se in istis exemplum aliis Christianorum Regibus praebuerunt. Secundum motiuum est desiderium dilatationis fidei et nominis Christiani. Tertium est compassio super perditione maximorum Christiani nominis populorum. Quartum est desiderium recuperandi terram sanctam Christi sanguine consecratam.

Secunda pars est de quinque praeambulis[9] ante inceptionem passagii ordinandis. Primum praeambulum est quod orationes fieri pro prosperitate passagii per omnes mundi ecclesias ordinentur. Secundum est quod illi qui hoc tam sanctum negotium prosequentur quantum ad duo

[1] *Sic,* M.
[2] *Scripserint,* M.
[3] *Poterunt,* M.
[4] *Reputat,* M.
[5] *Mererer,* M.
[6] *Demonstrarem,* M.
[7] *Cella,* M.
[8] *Sua vi,* M.
[9] *Panibus,* apparently, M.

principaliter regulentur. Primo, quod vitam suam corrigant et emendent, et deinceps in melius ordinent et disponant. Secundo, quod se exerceant et assuefaciant in iis quae ad mores et disciplinam pertinent militares. Tertium praeambulum est, quod inter illos qui dominium obtinent super mare pax et concordia reformetur. Quartum est, quod de nauibus et galeis[1] ad sufficientem numerum disponatur. Quintum est, quod in primo futuro vere duodecim galeae pro maris custodia sint [M. I verso] armatae. [P. 3] Tertia pars vias quatuor designat, ut ex eis possim eligere meliorem. Prima via est per Africam, quae monstratur et monetur penitus euitanda. Secunda est per mare; quae non est pro militibus et pro equis ullatenus facienda. Tertia est per Italiam, via tuta et bona, cujus progressus tangitur esse triplex. Primus est per Aquileiam et Istriam, etc., ut infra. [2]Secundus per Brundisium ciuitatem Apuliae, etc., ut infra. Tertius per Hydrontum ciuitatem similiter Apuliae, etc., ut infra.[2] Quarta via est per Alamaniam[3] et Ungariam, via facilis et salubris.

Quarta pars est quae istarum viarum sit pro Rege et personam suam sectantibus, et quae aliis[4] diuersarum partium exercitibus eligenda. Pro Rege via per Alamaniam et Ungariam eligitur facienda. Pro exercitatis in mari et pro rerum custodia deputatis quae per mare portabuntur eligitur via maris. Pro aliis per viam Aquileiae et[5] per progressus Italiae via describitur eligenda, sicut magis ipsi viae siue progressui sunt propinqui.

Quinta pars, quia monet per regnum Rassiae et per Graecorum imperium transeundum, continet in se tria. Primo, quod non sit cum eis pactum aliquod faciendum. Et ad hoc probandum nituntur quatuor rationes.

Prima ratio sumitur ex parte fidei, quam ipsi tanquam haeretici abiciunt et impugnant. Secunda sumitur ne videatur pars accipi[6] contra Deum et pactum fieri cum inferno. Tertia sumitur ex parte Romanae Ecclesiae, quam ipsi ut meretricem et malignantem despiciunt et contemnunt.[7] Quarta accipitur quia non est praestandum auxilium siue fauor fidei et Ecclesiae inimicis.

Quinta pars continet secundum, quod scilicet non sit in eis ullatenus confidendum. Et hoc per alias quatuor rationes. Prima ratio accipitur a proprietate infidelitatis omnium orientalium nationum. Secunda sumitur quia ipsi non solum sunt de natione sed etiam de domo magis proditoria orientis. Tertia accipitur ab ipsorum persona. Nam non solum sunt de natione et de domo proditoria et iniqua, sed ipsi[8] proditores

[1] *Galiis,* M.
[2] *Secundus . . . infra.* These two clauses are omitted by M.
[3] *Alamanniam,* M., and so elsewhere.
[4] *Pro aliis,* M.
[5] *Aquileye ac,* M.
[6] M. omits *accipi.*
[7] *Dispiciunt et contempnunt,* M.
[8] Here M. adds *per nouas proditiones.*

patrum suorum proditiones superant et extendunt. Quarta ratio sumitur a [P. 4] casu simili, in quo Graeci fuerunt machinati mala plurima[1] contra Francos. Quinta insuper pars demonstrat tertium, ostendendo quatuor causas justas, licitas, et honestas ad dictorum dominium inuadendum. Prima ratio est, quia iste qui nunc dominatur in Graecia Imperatorum lineam, originem, vel sanguinem non attingit. Secunda, quia nullum jus obtinet nisi proditorium, quod in parentum suorum proditionibus acquisiuit. Tertia est, quia non detinet in damnum alterius cujuscunque,[2] sed in detrimentum specialiter domus vestrae. Quarta est vindicta effusi sanguinis magnorum et multorum fidelium et nobilium Gallicorum. Sexta pars continet quatuor facilitates imperium obtinendi. Prima est, quia Graeci Deum, sapientiam, vitae sanctitatem, et probitatem armorum perdiderunt postquam a fide catholica discesserunt. Secunda est, imperii lacrymabilis depopulatio et lamentabilis solitudo. Tertia, ex eorum inordinato temporali capite demonstratur.[3] Quarta prouenit quia si inordinatus est eorum temporalis Dominus Imperator, inordinatior est sacerdos.

Septima pars continet duas partes. Prima[4] dat modum ad Thessalonicam[5] et Constantinopolim capiendas; quibus habitis, totum imperium obtinetur. Secunda[6] ostendit septem utilitates euidentes quas ex captione imperii passagium consequetur. Prima est, quod Ecclesia tota orientalis ad fidem et obedientiam Romanae Ecclesiae reducetur. Secunda est, quod de ipso imperio[7] victualia copiose pro toto passagio habebuntur. Tertia, quod exercitus non dimittet hostem post se de cujus proditionibus habeat dubitare. Quarta, quod totum nauile habebit portus plures optimos et securos. Quinta, quod qui passagium in posterum subsequentur habebunt loca ad quae declinando poterunt recreari. Sexta, quod illud quod de terra sancta et aliis terris infidelium conquiretur per istud imperium poterit conseruari. Septima, quod si con[M. 2 r]tingeret exercitum sine capite remanere ibi reduci poterit et tueri.

[P. 5] Octaua pars continet sex ordinationes necessarias ad acquisitum imperium sub Francorum dominio[8] conseruandum. Prima, quod omnes Latini aut comburantur[9] aut de imperio expellantur qui fidem Romanae Ecclesiae negauerunt et Graecorum perfidiae adhaeserunt. Secunda, quod omnes eorum monachi qui fidem veram non receperint de imperio ad partes occiduas expellantur et quod nullus ad illum ordinem in[10] posterum in monachum induatur. Tertia, quod quilibet

[1] *Pluri plurima,* M.

[2] *Cuiusque,* M.

[3] *Demonstrantur,* M.

[4] *Primo,* M.

[5] Tessalonicam, M.

[6] *Secundo,* M., preceded, apparently, by a *2*, an early instance of Arabic figuring.

[7] *Impio,* M.

[8] *Domino,* M.

[9] *Comburentur,* M.

[10] *Im,* M.

tradat unum de suis filiis Latinis moribus et literis imbuendum. Quarta, quod omnes eorum libri diligentius comburantur[1] in quibus errores contra fidem catholicam continentur. Quinta, quod omnes in sancta Sophia congregati, facta confessione fidei, Francorum dominio spontanee se submittant. Sexta, quod[2] Graecorum ecclesiis quinque obseruantiae auferantur quos in subuersionem fidei et dominii esse constat. Primam obseruantiam habent quia in tota Graecorum Ecclesia non est religio nisi una, Calogerorum scilicet perfidorum. Secundam, quod nullus, nisi sit Calogerorum, sit[3] episcopus siue Abbas. Tertiam, quod soli Calogeri confessiones audiunt[4] tam clericorum quam etiam laicorum. Quartam, quod saepe pro quibusdam suis obseruantiis ad suas conueniunt ecclesias, et ibi liberius conspirationes inueniunt[5] et pertractant. Quintam, quod quilibet qui vult et potest facit ecclesiunculam in suo praedio siue domo, ubi secretius tractant conciliabula supradicta. Continet etiam[6] haec pars quinque remedia contra quinque praedicta. Continet insuper et ostendit facilitatem regnum Rassiae obtinendi.

Secundus libellus continet quatuor partes. Prima pars et nona continent[7] sex diuersitates hominum a quibus, quantum ad quatuor, debetur[8] pro nostri custodia praecaueri, videlicet in reuelatione secreti, in conuictu contubernii, in familiaritate obsequii, et in commissione cujusque periculosi negotii. Primi sunt Armeni. Secundi sunt Gasimili.[9] Tertii sunt Assuriani.[10] Quarti sunt Murtati.[11] Quinti sunt Baptizati.

Praedicatorum[12] autem mores in singulis[13] capitulis describuntur quantum spectat ad personae vestrae [P. 6] bonam custodiam et tutelam. Sexti sunt Assassini,[14] qui tanto afferunt majus periculum et important quanto minus ab aliis cognoscuntur.

Secunda et decima pars ostendit breuissimi transitus locum maris [15]qui Hellespontus et Bosphorus[15] et Brachium sancti Georgii nominatur. Continet autem haec pars quinque rationes euidentes quod ibi sit magis congruum et necessarium hostes crucis inuadere quam in aliqua parte mundi. Prima ratio est, quia a Francia usque Hierusalem non est plus de mari nisi ille breuis transitus nauigandum, qui ita breuis est quod fere de una ripa ad aliam vox clamantis hominis audiretur. Secunda

[1] *Comburentur,* M.
[2] *Quod a,* M.
[3] *Fit,* M.
[4] M. adds *omnium.*
Adinueniunt, M.
[6] *Et* for *etiam,* M.
[7] *Continet,* M.
[8] *Debetis,* M.
[9] *Gasmili* or *Gasimli,* M.
[10] *Suriani,* M.
[11] *Murcati,* M.
[12] *Predictorum,* M., as P. corrects in margin.
[13] *Singulis suis,* M.
[14] *Assasini,* M. here and elsewhere.
[15] *Qui autem Ellespontus et Boforus,* M.

est, quia ibi possunt hostes inuadi cum minori nostrorum periculo et cum majori facilitate et [1]commodo. Tertia, quia[1] in toto illo giro maris omnes portus alii per hostes crucis possidentur in quibus posset tute exercitus recreari. Quarta, quia caput hostile est primitus conterendum ubi Turchi plus caput esse [2]Sarracenorum quam Soldanus per[2] respectum ad armorum potentiam ostenduntur. Quinta ratio ostendit[3] per tria media quod facilius[4] et utilius est Turcos prius inuadere quam Soldanum. Primum medium est, quia Turchi possunt Soldanum[5] ac subsidium exhibere, et non e conuerso. Secundum est, quia posito quod Soldanus posset Turchis subsidium exhibere, nostris obsistere parum posset, cum Ægyptii sint effaeminati et viles propter otium et delectationes carnis assiduas quibus vacant. Tertium medium est de facto Petri, scilicet heremitae, qui multa regna in breui tempore acquisiuit, et hoc quia prius Turchos diminuit et attriuit.

Tertia et undecima pars ostendit loca[6] ab omni parte quorum[7] pro exercitu victualia habebuntur, ab aquilone, id est, a sinistris pro more pocicum[8] de multis prouinciis quae specialiter describuntur, ab occidente, id est, a tergo, de [9]Thracia, Macedonia, etc., ubi etiam loca[9] nominantur, a meridie, id est, a dextris, loca et prouinciae describuntur portus in generali, et describuntur[10] [M. 2 v] ad quos valeant declinare omnia vasa victualia deportantia.[11] Ad orientem etiam, id est, ante, quia ipsa Turchia inter omnes mundi prouincias est fertilis et abundans. [P. 7] Quarta et duodecima pars, quae insuper finem facit, sex continet rationes quod est de Turchis faciliter triumphandum. Prima ratio est, quia ipsorum malitia est completa, et Dominus est vobiscum. Secunda, quia Turchi in se ipsos multipliciter sunt diuisi. Tertia, quia debita[12] capita sua, qui bella nouerant, perdiderunt. Quarta, quia suam militiam instaurauerunt de Graecis Sarracenatis captiuis empticiis atque seruis. Quinta, quia sine armis defensiuis sunt, et modum bellandi et industriam nullam habent. Sexta [13]prophetiam quam[13] habent tam ipsi quam alii Sarraceni quod his temporibus per quendam Francorum Principem debent destrui et deleri. Amen.

Post haec admonetur quod propter praedicta non sunt belli dispositio et prudentia et diligens custodia negligendae. In fine omnium est intentio dirigenda quod soli Deo honor et gloria tribuatur.

1 *Comodo. Tertia est, quia,* M.
2 *Saracenorum quam Danorum per,* M.
3 *Ostenditur,* M.
4 M. here adds *melius.*
5 M. here adds *defendere.*
6 M. here adds *et regiones unde.*
7 M. omits *quorum*
8 *Per mare Ponticum,* M. as P. corrects in margin.
9 *Tracia, Machedonia, etc., ubi loca eciam* M.
10 *Exprimuntur,* M.
11 *Deportantes,* M.
12 M. omits *debita.*
13 M. here adds *quod* and reads *quandam* for *quam.*

Prima pars. De quatuor motiuis ad passagium faciendum.

Primum igitur motiuum est ut praedecessorum vestrorum nobilium Regum Franciae honorem apud homines et gloriam apud Deum, quae[1] fuerunt extremis operibus[2] et ex virtuosis fidei actibus assecuti, non in aliquo minuatis, sed continuatis virtutibus in melius[3] et melius augeatis.[4] Tempore namque quo Reges Franciae Christianitatis nomen et baptismi signum et gratiam susceperunt fuerunt inexpugnabile scutum fidei, brachium ecclesiae, malleus et petra durissima crucis et fidei inimicos feriens et prosternens, lucis exempli[5] columna firmissima in passagiis et aliis bonis procedens ac praecellens, docens et dirigens cunctos Reges et populos Christianos. Haec faciliter poterit reperire omnis qui historias legerit[6] antiquorum in haeretica prauitate debellata in suo late dominio et fugata, in ecclēsia Romana saepius a tyrannicis[7] oppressionibus liberata, et a variis tribulationibus releuata, in peste[8] Sarracenica de Aquítaniae, Prouinciae, Hispaniae, ac Terrae Sanctae finibus effugata, ita ut non minus imo[9] magis videantur ardorem fidei atque zelum,[10] ecclesiae reuerentiam et honorem, desiderium ampliationis cultus et nominis Christiani quam ipsum regnum jure successionis et dono [P. 8] hereditario possedisse. Quod vos tanto[11] magis debetis amplecti, imitari, et perficere mente prompta quanto prae ceteris ad haec plura dona vobis contulit clementia conditoris, prudentiam videlicet in agendis, prosperitatem in bellis, personae strenuitatem, aetatis floridam juuentutem, rerum opulentiam, regni totius pacem atque concordiam, ampliationem dominii, et in vestro animo, nisi, quod absit, velitis extinguere, rectum propositum et desiderium omnis boni. Et insuper, quod non sine vero Dei et justo judicio nec sine diuinae prouidentiae ineffabili dispositione factum existimo,[12]talis tanti regni diadema insuspicabilis[12]suscepistis ad hunc finem non ambigo ut sicut ipse Deus vobis regimen tam excellens super omnia regna mundi et tam celebre dominium praeparauit, sic et vos ejus ampliationem nominis late per orbem Rex inuictus, pugil fortis ac strenuus dilatetis.

De secundo motiuo ad passagium faciendum.

Secundum motiuum est desiderium et affectus dilatationis fidei et nominis Christiani. Quando enim praedicationis tuba et sonus praeconii verbi Dei in terram exiuit et insonuit uniuersam, Christus Deus et

[1] *Qui,* M.
[2] *Temporibus,* M.
[3] *Maius,* M.
[4] M. adds here *a.*
[5] *Exemplis,* M., which reads *columpna* here and elsewhere.
[6] *Legunt,* M.
[7] *Et tirannas,* M.
[8] *Peste* M. repeats.
[9] *Immo,* M.
[10] *Telum,* M.
[11] *Quos tanto,* M.
[12] *Talis et tanti . . . dyadema insuspicabiliter,* M.

Dominus in omni natione [1] et tribu a populis[1] colebatur. Hoc historiae referunt, hoc sacrum eloquium attestatur. Nunc autem, quod est cum dolore cogitandum et cum gemitu referendum, apud illos maxime qui in sorte Domini partem habent ex una parte porcus ille immundus et canis foetidus[2] et execrandus minister diaboli Machometus mundi partem maximam occupauit, et cum suis spurcitiis corrupit innumeros et infecit. Ex altera vero parte infidelitatis zizania in Christianorum cordibus, campo utique quondam Domini, succreuerunt et mundi vetustas,[3] quae Deum fide cognouerat et mente susceperat, errorum ac vitiorum spinas et tribulos germinauit, doctrina veritatis euanuit, et emarcuit [M. 3 r] fides vera. Sicque amandus et sequendus ab omnibus Jesus Christus exulat expulsus ab omnibus et fugatus, exceptis inquam[4] sub obedientia Romanae ecclesiae constitutis et per Dominum Sabaoth relictis prouide quasi semen, ne Sodomae et Gomorrhae similis efficeretur[5] totus orbis. Cum viro[6] ergo Jesu Christo et ejus fide jaceremus in [P. 9] extrema mundi fugati et in terra habitatae valde parua particula angustati non sine omnium fidelium Christianorum dedecore et opprobrio angulati. Si enim, ut alias asserui et probaui, mundi pars habitata per homines in decem diuideretur partes, nos, qui veri Christiani sumus et dicimur orthodoxi decima pars non sumus, qui tamen consueuimus esse totum. Quod sic deduci poterit et ostendi. Ab antiquis namque de quarta[7] ad habitationem hominum et animalium commodata facta fuit diuisio tripartita, ut Asia medietatem unam integram, et aliam medietatem in duas partes diuisam Europa et Africa obtinerent.[8] Nunc autem ita est quod in tota Africa, in qua quondam gloriose fluoruit cultus Christi, non est aliquis populus Christianus. In Asia vero, etsi sint multi populi et innumeri Christiani, fidem tamen veram non habent, et [9]doctrina euangelica non obseruatur.[9] In Europa autem, quae pars nostra est, sunt multi populi qui pagani existunt et [10]confini cum Theutonicis[10] et Polonis. Sunt enim[11] in aliqua parte Hispaniae[12] Sarraceni. Sunt etiam in Europa multi et diuersarum linguarum populi Christiani, qui nobiscum in fide non ambulant nec doctrina. Sunt enim Raceni,[13] qui plusquam XL dietis in terrae spatio protenduntur. Et isti sunt Boemis vicini, et confinant cum Polonis. Est etiam imperium Bulgarorum, quod tenet dietas amplius quam viginti. Post hos sequitur Sclauonia, ubi

1 *Ex tribu et populo*, M.

2 M. adds here *execratus*.

3 *Vastitas*, M.

4 M. here adds *nobis* (or possibly *vobis*).

5 *Efficeretur similis*, M.

6 *Nostro*, M.

7 *Quarte parte mundi ad*, etc., M.

8 *Affr . . . opt . . .* , as elsewhere, M. (see introductory note).

9 *Doctrinam euangelicam non obseruant*, M.

10 *Confines cum Theotonicis*, M.

11 *Etiam*, M.

12 *Yspanie*, as elsewhere, M.

13 *Ruteni*, M.; P. corrects in margin to *Rutheni*.

sunt multa regna, videlicet Rassiae, Serviae, Chelmeniae,[1] Crouaciae, Zeniae.[2] Isti ab una parte confinant[3] cum Vngaris, ex altera cum Graecis, ex altera vero cum Dalmatinis, cum Albanensibus, et etiam cum Blaquis. Potest et aliter demonstrari quod nos de mundo habitato minimam [4]partem seu[4] particulam obtinemus ut cum psalmista possimus veraciter deplorare, *Ad nihilum redactus sum, et nesciui.* Asia namque, quae medietatem mundi habitati describitur obtinere,[5] longe plus tenet quam in descriptione climatum designetur. Quare autem tota Asiae continentia non fuerit designata: hanc puto fuisse causam, [6]id est, aut quia erat[6] sic in illis temporibus habitata, vel si erat sic habitata, hoc ad describentium notitiam non peruenit, sicut multa loca et prouincias inuenimus [7]mensus polum [P. 10] arcticum[7] habitata, quae extra majorem latitudinem ultimi[8] climatis esse constat, cum in illis locis polus arcticus plus quam quinquaginta duobus gradibus eleuetur, quae est, ut praemittitur, major climatum latitudo. [9]Ergo pro meo proposito[9] per me visum adicio et expertum. Cum enim proficiscerer inter gentes causa fidei praedicandae, transiens infallibiliter sub et ultra tropicum aestiualem, sub [10]aequinoctio me inueni.[10] Quod probatur ex tribus demonstratiuis euidentius argumentis. Primo, quod in loco illo[11] in quantitate diei ac noctis nullo anni tempore alicujus horae[12] seu etiam momenti sensibilis differentia notabatur. Secundo, quod existente sole in primo gradu arietis et librae, erat ibi in meridie umbra recta. Tercio quod stellas illas [13]tutuerunt proprii quibus[13] polos mundi videbam in aliqua parte noctis istas scilicet ad aquilonem, illas autem ad meridiem super circulum horizontis[14] simul et aequaliter eleuatas. Omitto[15] causa breuitatis multa alia argumenta, licet essent audientium auribus curiosa. Processi ultra[16] meridiem ad locum ubi polum nostrum arcticum non videbam, et videbam polum antarcticum circa viginti quatuor gradus[17] eleuatum. Ab isto loco ulterius non processi. Mercatores vero et

[1] *Chemeline,* M.

[2] *Zence,* M.

[3] *Confimant,* M.

[4] M. omits these two words, *partem seu.*

[5] M. omits *obtinere.*

[6] *Scilicet, aut quia non erat,* M.; P. adds *non* in margin.

[7] *Versus polum articum,* M.; P. corrects *mensus* in margin to *versus*; *artic-* for *arctic-,* throughout, in M.

[8] *Ultini,* M.

[9] *Ego . . . pposito vinum,* M., apparently

[10] *Equinocacione inueni,* M.

[11] *In illo loco,* M.

[12] *Ore,* M.

[13] *Circuerunt propinquius,* M.; P. corrects in margin to *intuerunt.*

[14] *Orizontis,* as elsewhere, M.

[15] *Quinto,* M., apparently.

[16] Here M. adds *versus.*

[17] *Gradubus,* M.

homines fide digni passim[1] ultra versus meridiem procedebant usque ad loca ubi asserebant polum antarcticum quinquaginta quatuor gradus[2] eleuari. Conjuncta autem minori latitudine climatum, quae est viginti duorum graduum, quibus principium primi climatis vel circa ab aequinoctio distat cum illis quinquaginta quatuor gradus quibus polus antarticus eleuabatur in loco ad quem mercatores supra diximus peruenisse, constat quod patent quatuor conclusiones diligentius intuenti. Prima, quod plus sit extra climata versus ori[M. 3 v]entem atque meridiem habitatum quam sit totum spatium infra minorem et majorem latitudinem climatum assignatum. Secunda, quod major est pars Asiae quam communiter assignetur. Tertia, quod non est friuolum neque falsum Antipodes assignare. Quarta, quae magis venit ad propositum nostrum,[3] quod nos, qui veri sumus Christiani,[4] non dicam decima, sed et vicesima pars non sumus. Tamen licet ita pauci simus[5] et, ut praedicitur,[6] quasi in angulo permodico esartati,[7] hoc sentio hoc assero ut expertus, quod si ista nostra parua particula in [P. 11] una parte staterae[8] et totus alius magnus mundus in parte altera ponereter, haec sicut aurum inter metalla grauior viribus et virtutibus appareret, non solum in doctrinae veritate et fidei puritate, non solum in largitione suscepta diuinae gratiae ac donorum et euidenti operatione miraculorum, quibus exclusis gentibus uniuersis quae omnibus istis carent, nos Deo speciali peculio gratos efficit et ostendit, sed quantum ad prudentiam naturalem et etiam acquisitam, quantum ad mores domesticos et ciuiles, quantum ad modum viuendi ordinatum, magnificum, et honestum, quantum ad diuitias, et maxime quoad usum qui ipsas reddit licitas atque bonas, quantum ad nobilem et prudentem[9] usum armorum et bellandi strenuam probitatem, quantum etiam ad bonum regimen et justam potentiam dominandi, et breuiter quantum ad omnia quae [10]conjunctini hominem honestant[10] nobilitant, et exornant, omnes praecellimus nationes. Per praedicta ergo monemur, inducimur, et urgemur quod [11]sicut ipse Deus, qui in nos[11] largitatem suae dulcedinis ampliauit prae ceteris gentibus naturalia, spiritualia, et temporalia tanquam[12] filiis tribuendo, ita et nos pro dilatatione sui cultus et nominis animosius et virilius insistamus, et quae ad ipso talenta recepimus ad usuras multiplicanda utiliter exponamus, ne sicut seruus piger et inutilis condemnemur et damnose ut verecunde a iusto domino reprobemur.

[1] *Passinn* (?), M.
[2] *Gradubus,* M.
[3] *Nostrum propositum,* M.
[4] *Christiani sumus,* M.
[5] *Sumus,* M.
[6] *Predicetur,* M.
[7] *Coartati,* M.
[8] *Statere,* M.
[9] *Prudentem et nobilem,* M.
[10] *Conuictum* or *coniuctum* (?) *hominum honestauit,* M.
[11] *Ipse sicud Deus in nos,* etc., M.

De tertio motiuo ad passagium faciendum.

Tertium motiuum ad passagium faciendum est compassio super perditionem maximorum Christiani nominis populorum. Circa quod sciendum est[1] quod sunt in mundo tres maximae nationes, videlicet Christianorum, [2]Tartarorum, et Sarracenorum; inter quas Christianorum[2] natio, malorum scilicet et bonorum, major esse asseritur et probatur. Igitur praeter illos Christianos quos superius memoraui,[3] qui in parte nostra Europa obtinent sedes suas, videlicet Graecos, [4]Ruthenos, Bulgaros, Sclauos, Blaquos,[4] quos omnes cauda sectae Graecorum per errorum ac scismatum deuia ad inferna secum detrahit et inuoluit, sunt nihilominus et alii multi populi Christiani tam meridiei quam aquilonis, quam etiam orientis, qui orthodoxos se esse reputant et defendunt ac verae fidei professores; [P. 12] quorum aliqui Graecorum tenebris exaequantur,[5] alii vero diuersarum sectarum erroribus implicantur; qui etiam mutato et dimisso nomine Christiano, ab ipsis sectis vel eorum sectarum inuentoribus nomina sortiuntur. Est igitur gens quaedam quae vocantur Gothi,[6] a quibus illi Gothi fuerunt qui bellis, ferro et igne partes occiduas attriuerunt. Sunt etiam aliae gentes declinando ab aquilone versus orientem, scilicet Ziqui, a quibus Scythae, [7]Auogasi, a quibus Vandali, Soaui, a quibus Hunni,[7] Alani, a quibus Alani, ut creditur, originem habuerunt. Sunt insuper Georgiani, quos Graeci Iberos[8] nunc apellant eo quod de Hispania,[8] [Hispania] enim ab Ibero[8] fluuio [9]Iberia nominatur. Hae[9] omnes gentes plusquam octoginta dietarum spatio diffunduntur, quae et Graecorum Ecclesiam in suis erroribus aemulantur. In partibus etiam orientis sunt multi populi Christiani sub Imperatoris Persidis dominio[10] constituti. Est enim quoddam Graecorum imperium quod nunc a Trapezunda regali et metropoli ciuitate Trapezundarum imperium vocitatur, sed antiquitus Cappadocia[11] dicebatur. Est et major Armenia, magna patria et diffusa, super cujus montes arca[12] Noë legitur et ostenditur quieuisse; super quam [M. 4 r] Imperator Persidis dominatur. Sunt insuper in eodem imperio Jacobitae a quodam[13] Jacobo haeretico et Nestoriani a Nestorio[13] similiter haeretico, ut dementati, ita et[14] nominati, qui et de Chaldaea

[1] *Est sciendum,* M.

[2] These six words, *Tartarorum . . . Christianorum,* are omitted by M.

[3] *Memoriani* or *memoriam,* M.

[4] *Rutenos . . . Blacos,* M.

[5] *Excecantur,* M.

[6] *Goti,* M., as elsewhere.

[7] *Anogasi . . . Uuandali, Soani, . . . Humi,* apparently, M.

[8] *Yb . . . Ysp . . . ,* here as elsewhere, M., which after *de Hispania* adds *peruenerunt Yspania enim,* etc.

[9] *Yberia . . . Hee,* M.; see previous note.

[10] *Domino,* M.

[11] *Capadocia,* M.

[12] *Archa,* M.

[13] M. omits *Jacobo* and reads *Nestorini . . . Nesterio.*

[14] *Etiam,* M.

et de Asia, unde traxerunt originem, occupant et populant magnam partem. Ultra versus meridiem procedendo est quaedam insula in mari Indico satis magna, ubi populus circumcisionem obtinet pariter et baptismum. De qua quidem insula dicere quomodo aut qualiter illuc pervenerim, et de conditione gentis illius,[1] et de moribus ac modo viuendi, et[2] de consuetudinibus et legibus et modo mosario[3] et extraneo dominandi, si ad nostrum propositum conueniret, esset audientibus curiosum. [4]Ad haec magis ulterius[4] meridiem sunt Æthiopes Christiani, gens maxima atque potens, quae quoniam[5] magna valde obtinet ac diffusa. Hi tanti[5] tam validi, et tam fortes quod unum regnum de istis, quod quidem vocatur Nubia, confinans[6] cum Ægypto, aliquando de Soldano Babyloniae victoriam obtinuit et [P. 13] triumphum. Habent isti populi prophetiam quod aliquando exibunt et transilient[7] montes illos quibus versus Ægyptum nunc resident circumclusi et cum praedictis Nubianis, qui extra praefatos montes obtinent loca sua, Ægyptios et Arabes destruent et vastabunt, Mecam capient et destruent,[8] sepulchrum comminuent et corpus incendent prophani ac perfidi Machometi. De praedictarum autem gentium quas latius memoraui[9] conditionibus, moribus, ritibus,[10] et erroribus, variis et diuersis dicere sigillatim proprium volumen requireret et tractatum. Sufficit ad nostrum [11]eos nominasse[11] et earum multitudinem induxisse, quatenus per hoc videamur motiuum sufficiens ad faciendum passagium demonstrasse, ut scilicet tanti populi a suis erroribus eruantur et ad cognitionem veritatis ac fidei reducantur, sicut alias reductos legimus esse quando fidei veritas et doctrina vigebant[12] in partibus orientis.

De quarto motiuo ad passagium faciendum.

Quartum motiuum ad passagium faciendum est desiderium quod in Christianorum cordibus esse debet, recuperandi videlicet terram sanctam nostrae hereditatis partem praesignatam, a sanctis Patriarchis[13] optatam, a Deo ipsis et nobis in eis promissam et datam, obtentam ab eorum filiis et possessam, super quam caelos legimus patuisse et angelos saepius descendisse et multa secreta Dei utroque tempore, legis videlicet naturae, scripturae, et gratiae, electis hominibus ostendisse, ut non videretur nec

[1] *Ipsius,* M.
[2] M. omits *et* here.
[3] *Irrisorio,* M.
[4] *Adhuc magis ulterius versus,* M.; P. corrects *ulterius* in margin to *versus.*
[5] P. corrects *quoniam* in margin to *quidem.* M. keeps *quoniam* and after *tanti* adds *sunt.*
[6] *Confimans,* M., which of course reads *Egipto* as elsewhere.
[7] *Transibunt,* M.
[8] *Diruent,* M., which also reads *sepulcrum.*
[9] *Memoriani* or *memoriam,* as before, M.
[10] *Ritubus,* M.
[11] *Nostrum propositum nominasse et,* M.
[12] *Florebant,* M.
[13] M. adds *et* here.

esset aliud nisi domus Dei et veraciter porta caeli, ex qua Reges secundum carnem nostri Domini genitores et Prophetae nuntii nostrae fidei[1] et praecones salubriter prodierum, in qua reuelationes, oracula, visiones, signa multa, et figurae variae sunt ostensa quae nostrae electionis ac reparationis certitudinem praedicebant et veraciter,[2] quam ipse Deus elegit, honorauit, atque sacrauit ut ibi verbum caro fieret, homo Deus ex virgine mirabiliter et ineffabiliter nascendo prodiret, ubi[3] vellet Deus homo factus in terris videri et cum hominibus conuersari ut ubi pater in voce audiretur, filius [4]manibus tractaretur et aquis Jordanis[4] tingeretur, Spiritus Sanctus in [5]columbae specie[5] videretur. et sic per angelorum [P. 14] frequentiam et trinitatis praesentiam paradisus alter quodam modo probaretur, ut inquam Christus ibidem salubria exempla praeberet, diuina et admiranda doceret inusitata atque stupenda miracula exhiberet, ut ibi in medio terrae nostram salutem operaretur, ibi nostrae seruitutis opprobrium tolleretur, ibi nostrae redemptionis pretium solueretur, quae tandem Dominum mortuum in se commendatum, suscepit et triduo custodiuit, dum ipse[6] inferni claustra petebat, portas aereas et vectes ferreos confringebat, diaboli potentiam destruebat, et sanctos, quos diu captiuos tenuerat, liberabat, quae denuo[7] ipsum Christiani sanctorum patrum qui eum verbis praedixerant[8] comitatum caterua exhibuit viuum reddidit gloriosum, in qua [M. 4 v] Deus ipse adhuc fuit quadraginta diebus cum resurrectionis gloria conuersatus, in qua suam praesentiam discipulis frequenter ostendit et se palpandum exhibuit et cum eadem vera carne quam ex matre virgine sumpserat, cum qua et in cruce mortem exsoluerat, se veraciter resurrexisse ostendit argumentis variis et expressit,[9] quae sanctos Christi Apostolos, Euangelistas, et Discipulos generauit, qui omnium quae Christus intrando, morando, et exeundo gesserat testes,[10] rectores et gubernatores nouellae Ecclesiae, magistri ac[11] doctores nouellae fidei salutis existunt,[11] de qua Christus idem caelorum ac terrae dominus et inferni caelos ascendit, ac nostrae carnis substantiam in patris dextera[12] collocauit, et nobis patens iter ostendit quo caput debeant membra sequi, super quam se spiritus sanctus effudit et in ignis ac linguae forma et sonitu repentino corda credentium illustrauit, docuit, et firmauit, super quam idem Christus iterum est venturus et causas omnium auditurus, ad quam postremo sunt omnes qui fuerunt, sunt, et erunt homines aduenturi rationem de bonis

[1] *Fidei nostrae,* M.
[2] M. adds *ostendebant* here.
[3] *Ut ibi,* M.
[4] *In manibus tretractaretur . . . Iordanicis,* M.
[5] *Collumbe apecie,* M.
[6] M. omits *ipse.*
[7] M. omits *denuo.*
[8] Here M. adds *figuris ostenderant et pure crediderant.*
[9] *Expressis,* M.
[10] M. adds *essent* here.
[11] M. reads *et* for *ac* and omits *existunt.*
[12] *Dextram,* M.

et malis actibus[1] reddituri et justum judicium audituri, ut illuc mali et reprobi tristes et inuiti compareant ubi redemptionis pretium utiliter est impensum, quod ipsi rebelles suis prauis operibus contempserunt, et illuc justi gaudentes et laeti conueniant ubi incarnati verbi mysterium mirabiliter est ostensum, quod ipsi obedientes fide et gratia susceperunt. Sed si sit qui consideret [P. 15] atque ploret, attendendum est a quibus nunc inuasa[2] et occupata nostra praeclara hereditas detinetur, ab[3] hominibus utique sine Deo, sine lege, absque foedere, sine misericordia, sine fide, ab[5] hominibus spurcidis et immundis et omnis veritatis, puritatis, bonitatis, atque justitiae inimicis, hostibus crucis, blasphemis Dei,[4] persecutoribus nominis Christiani, uxorum abusoribus, masculorum concubitoribus, brutorum oppressoribus, naturae subuersoribus, morum destructoribus et virtutum, per praeceps currentibus atque ruentibus per nephanda scelera, per inaudita vitia et peccata, tanquam instrumenta diaboli, vasa Luciferi, templum nequitiae, habitatio Sathanae, seruati[5] ultionis judicio et aeternae damnationis incendio deputati; quorum mens immunda,[6] caro pudenda, vita coenosa,[7] verba illecebrosa, conuersatio foetida, omnis eorum cogitatio, voluntas, et intentio omni lubricitati dedita et omni spurcitiei[8] obligata. Tales sunt qui nos de illis mundi finibus expulerunt et in hunc paruum terrae angulum fugauerunt atque cum nostro ac fidei nostrae opprobrio artauerunt et quasi immunda quisquilia et omnium peripsemà[9] projecerunt. Tales sunt qui locum Dei desolauerunt, ciuitatem sanctam matrem nostrae fidei comederunt. Tales sunt qui sanctorum sancta conculcant, loca veneranda in vastitate hostili deturbant atque molestant, templum polluunt, munda inficiunt et corrumpunt. Tales inquam sunt qui Hierusalem in pomorum custodiam posuerunt, in circuitu ejus Christianorum sanguinem effuderunt, carnes sanctorum terrae bestiis projecerunt, morticinia[10] seruorum Dei coeli volatilibus posuerunt. Tales vere sunt astuti in malo, ignorantes in bono, omni probitate carentes, prudentiam nisi in malis actibus non habentes. Et quia, Domine mi Rex, prae particibus tuis tuae domus nobilibus et prae consortibus tuis Christianorum Regibus Deus Deus tuus oleo laetitiae te perunxit, quia iniquitatem odisti et justitiam dilexisti, accingere potentissime gladio tuo super femur; praecede Moysi promissus angelus te praecedet;[11] regna ejusden angeli protectio semper te custodiet et defendet, virga directionis, prudentiae scilicet ac veritatis, virga regni tui, justitiae videlicet et aequitatis, duces Moab percutiet et

[1] *Actubus,* M.
[2] *In vasa,* M.
[3] *Ab* M. omits.
[4] M. here adds *et.*
[5] P. originally *seruato,* corrected to *seruati.*
[6] *Inmunda,* M., as elsewhere.
[7] *Scenosa,* M.
[8] *Spurcitie,* M.
[9] *Peripsima,* M.
[10] *Morticina,* M.
[11] Here M. adds *et.*

confringet. Sagittae namque [P. 16] acutae in corda inimicorum Regis populi sub te cadent. Obedienter igitur spiritum sanctum[1] audias, monitorem indubitanter suscipias, permissorem constanter retineas directorem, et utiliter procul dubio habebis defensorem.

Explicit prima pars. Incipit secunda pars, quae est de quinque praeambulis ante inceptionem passagii ordinandis.[2]

[M. 5 r] Primum praeambulum et prima ordinatio ante passagium incipienda sunt ab inuocatione et imploratione auxilii et consilii Dei nostri, cujus proprie causa agitur[3] in hac parte, quod scilicet orationes assidue per omnes mundi ecclesias fieri ordinentur, ut fidelium votis assiduis et orationum patrociniis ille cui parum est in multis vincere vel in paucis, Regis et suorum sequacium deuota corda perlustret, bonam voluntatem atque propositum sui spiritus infusione confirmet, sensus eorum ad videndum quid in dubiis eligendum, quid in agibilibus[4] exequendum aperiat, ipsos in viam salutis dirigat, protectionem tribuat in aduersis, prosperitatem in bellis, coronam et gloriam in triumphis. Postremo cum oris cantico et mentis jubilo in Hierusalem, quae est ciuitas Dei summi, tribus tribus[5] domini ad [6]confitendum nomini Domini ascendamus,[6] et in loco ubi steterunt pedes ejus deuotius adoremus, ubi possimus impendere cum gratiarum actionibus vocem laudis. Oratio namque[7] justi assidua multum valet. Haec Pharaonem et currus et exercitum ejus, dum filios Israel a terrae promissae itinere cuperet reuocare, demersit in aquis vehementibus quasi plumbum. Haec Hiericuntinos[8] hereditatis debitae filiis Israel tumidos detentores ac ciuitatem eorum validam atque fortem destruxit et diruit in momento. Ezechia Rege orante angelus Domini Assyriorum castra percussit et de ipsis plusquam centum octuaginta[9] milia interfecit. Nicanor hostis validus Judaeorum, dum sacerdotes orationem[10] ad Dominum praemisissent, cum toto suo exercitu[11] est consumptus, ita ut non remaneret nec unus[12] qui factum posteris nuntiaret. Judas Machabaeus, ante bellum oratione praemissa, semper victoriam obtinebat. In bello autem quo orationem facere praetermisit legitur corruisse. Theodosius denique minor Graecos et orientis barbaras nationes non tantum violentia siue ferro, sed religione magis et deuotione atque orationibus superauit.

1 M. repeats *sanctum*.
2 *Ordinandi,* M.
3 *Geritur,* M.
4 *Agilibus,* M.
5 Sic P. and M.
6 *Conficendum eius nomini ascendamus,* M.
7 *Autem,* M.
8 *Iecicontinos,* apparently, M. (corrected from *Ieciconticos*).
9 *Octoginta,* M., which of course has *Assiri . . . ,* as elsewhere.
10 *Orationes,* M.
11 M. here adds *penitus.*
12 *Vunc,* apparently, M.

Cujus oratio tam euidentis efficaciae extitit et virtutis quod pro eo etiam[1] aethera [P. 17] pugnauerunt, dum ipsius orationis fretus patrocinio plus quam armis hostes subegit, Eugenium interemit, et a tyrannide rempublicam liberauit.

De secundo praeambulo ante passagium ordinando.

Secundum praeambulum,[2] ut qui negotium tam sancti propositi prosequuntur,[3] quantum ad duo attentius ordinentur. Primo, ut vitam suam corrigant et emendent et deinceps in melius ordinent et disponant.[4] Non enim vult Dominus sancta dare canibus nec margaritam illam pretiosam, quam mortis suae pretio comparauit, terram scilicet sanctam, quam super omnes patrias praeelegit, non, inquam, vult proicere ante porcos. Hoc habemus expresse de populo quem Dominus in manu potenti eduxerat de Ægypto. Nam de sexcentis tribus milibus pugnatorum, praeter paruulos[5] et mulieres, quorum erat maxima multitudo, duo tantum terram promissam suis patribus intrauerunt,[6] ita quod nec ipse Moyses, cui non erat in terra similis, meruit introire, quia ad aquas conductionis[7] Deo gloriam non dederat et honorem. Josue de mandato Domini populum circumcidi et sanctificari praecepit, antequam promissae hereditatis terminos introirent, ut nonnisi sancti sanctuaria possiderent. Postquam etiam terram illam cum signis et miraculis introissent, et jam per sortes et funiculos distributam diutius possedissent, quotiens populus legem Domini deserebat, totiens ipsum affligi sub seruitute hostium dimittebat, ut patet Judicum temporibus atque Regum. Postremo, cum continuatis sceleribus Dominum ad ultimam iracundiam prouocassent, indignos se tam sanctae hereditatis peculio reddiderunt. Et ideo [8] Babyloniis, Ægyptiis, et Assyriis,[8] atque Romanis, tradidit affligendos et per universum mundum in seruitatem ultimam dispergendos. Salmanasar denique Rex Assyriorum,[8] qui de terra illa sancta in Assyrios[8] transtulerat populum potiorem,[9] in regno Samariae pro filiis Israel alienigenas collocauit. Qui cum Dominum non timerent, suscitauit Dominus et[10] eis [M. 5 v] leones, qui deuorabant illum populum et vehementius affligebant, eo quod terra legitima non nouisset. [1] Ne autem longius protelemur,[12] e uicino proprium morbum tangamus, nostram erubescentiam [1]proferamus, et quantum possumus remedium apponamus. Si enim bene attendimus,

1 *Et,* M.
2 M. here adds *est.*
3 *Prosequentur,* M.
4 *Disponent,* M.
5 *Paruos,* M.
6 Here M. adds *sed omnes in deserto ut rebelles et increduli perierunt.*
7 *Contradictionis,* M.
8 M. has *i* throughout here, as elsewhere—(*Babiloniis,* etc.).
9 *Peccatorem,* M.
10 M. here adds *imisit.*
11 *Nouissent,* M.
12 *Procellemur,* M.
13 *Erubicenciam,* M.

a tempore quo pestis Sarracenica orta fuit fluxerunt anni circiter [P. 18] septingenti. Accepit[1] autem principium anno Domini sex centesimo tricesimo nono[2] quo tempore Hierusalem capta fuit per Humarum discipulum et socium perfidi Machometi,[3] orientem Imperatore Heraclio[4] gubernante; et tenuerunt eam annis CCCCLX,[5] usque videlicet ad tempora Petri Heremitae, quibus [6]capta fuit annis,[6] scilicet anno Domini MXCIX. Nostri vero tenuerunt eam annis tantum LXXXVIII. Quibus elapsis, a Sarracenis iterum fuit capta anno Domini MCLXXXVII a quibus usque hodie detinetur. Et sic deducendo de[7] primo ad ultimum, de [8]doc. annis quibus pestis Sarracenica insurrexit fere DC. annis Hierusalem[8] tenuit occupatam, nos vero LXXXVIII annis[9] tantum, quibus tamen non[10] sine bellis plurimis atque damnis. Quare haec autem nisi quia Deus in terra[11] non sustinet peccatores. Peccatum enim undique inundabat, et sanguis sanguinem contingebat. A planta namque pedis usque ad[12] verticem non erat ibi sanitas, ut[13] ex historiis ultramarinis legitur et habetur. In Praelatis[14] deformiter apparebat negligentia, auaritia, pompa, et vanitas, in clero lasciuia morum et vitae ac multiplex inhonestas. In populo lapsus[15] carnis et in multis criminibus superabundans iniquitas. Defecerat in religiosis reuerentia ad Praelatos, obedientia ad majores, et obseruantiarum regularitas. Non erat in mulieribus quibuscunque verecundia, pudor, aut castitas. Perierat in principibus et judicibus[16] judicii veritas et justitiae censura et aequitas in tantum quod terra illa sancta in ventre suae quietis talia tenere non potuit abortiua, sed more maris corpora foetida et corrupta in vitiis, mortua in peccatis, extra se cum execratione in mundum euomuit uniuersum. Quis potest ergo credere vel[17] sperare quod Deus concederet peccatoribus terram illam, de qua, ut ex praedictis patet, semper deturbauit, abegit, et repulit peccatores? Sed si quis diceret: [18]Numquid non ipsi sunt peccatores, imo[18] plusquam peccatores, infideles, abominabiles, et crudeles, qui istam sanctitudinem detinent occupatam, et ipsam in

[1] *Accepi,* M.

[2] Figures in M. here as elsewhere.

[3] *Macometi,* M.

[4] *Oraclio,* M.

[5] *CCCLX,* M.

[6] *Tacta fuit a nostris,* M.

[7] *A,* M.

[8] *Dec. annis Ierusalem,* M., omitting all the rest of this clause; *dec.* and *doc.* are both corruptions of *dcc, i. e., 700.*

[9] M. omits *annis.*

[10] M. adds *tenuimus* here.

[11] M. adds *illa* here.

[12] M. omits *ad.*

[13] *Et* for *ut,* M.

[14] *Platis,* M. (without sign of contraction).

[15] *Luxus,* M.

[16] *Iudicibus et principibus,* M.

[17] *Aut,* M.

[18] *Numquid isti non sunt peccatores, immo,* etc., M.

opprobrium nominis Christiani tanto tempore tenuerunt? Certe scio ipsos esse iniquos,[1] immundos, ac plusquam dici posset sceleratos[2] et injustos. Sed considerandum, plangendum, atque dolendum quod tanta fuerunt scelera et peccata utriusque status, gradus, et sexus populi[3] ut a nobis haereditatem illam abstulerit et illis tradiderit tanto[4] conculcandam et tantis ab hominibus defendendam. Nec tamen debet[5] aliquis sani capitis aestimare quod [P. 19] peccata nostra superent et excedant peccata illius abominabilis populi et peruersi. Nam ab initio seculi non extitit populus tam nephandus. Sed causa est[6] quia scimus quod magis laedit leuis injuria domestici et amici quam offensa maxima inimici. Sic enim ait psalmista; si inimicus meus maledixisset mihi,[7] sustinuissem utique; et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero, homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Quid ergo? Sanctificamini qui fertis vasa Domini, id est, qui recipitis et fertis in humero vas vasorum, videlicet signum crucis, in quo fuit liquor unctionis nostræ salutis, antidotum nostrae reconciliationis positum et effusum; ne scilicet in eo signo quod assumitis et portatis in memoriam dominicae passionis et ad vindicandum opprobrium nominis Christiani et fidei ipsum Christum contingat denuo peccatis et criminibus, non jam a Judaeis aemulis et paganis, sed ab amicis et domesticis crudelius crucifigi.

Secundum ad quod transeuntes ad istud passagium se debeant ordinare est disciplina assidua militaris. Vegetius autem de re militari [M. 6 r] ponit tria quae ad ipsam disciplinam militarem judicat expedire ut sic finis intentus obtineatur in bellis, victoria scilicet et triumphus. Dicit ergo sic: Nulla enim alia re videmus populum Romanum orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio[8] et usu militiae, mihi imponere silentium judicaui. Victoriae enim quas obtinuistis, Domine mi Rex, et praelia quae gessistis vos doctorem expertum faciunt et magistrum. De[9] disciplina autem castrorum aliquid cupio ad memoriam reducere, non docere. [10] Castra secundum Isidorum a castrando sunt dicta. Omnis enim immoderata quies, omnis otiositas, omnis excessus cibariorum, omnis occimacio[11] et delicatio nutrimenti, omnis actus venereus, et omnia breuiter quae milites possent somnolentos, delicatos, molles, aut lentos

[1] *Iniquos esse,* M.
[2] M. here adds *homines.*
[3] M. here adds *Christiani.*
[4] M. here adds *tempore.*
[5] M. here adds *dici.*
[6] M. omits *est.*
[7] *Michi,* M., as often elsewhere (so M. of course reads *nichil* for *nihil*).
[8] Here M. adds *disciplina castrorum usuque militie. De armorum exercitio,* continuing *et usu militari michi imponere* (as in text).
[9] *Et,* M. (for *de*).
[10] *Dicere,* M., which of course reads *Ysidorum.*
[11] *Accuracio,* M.

reddere siue pigros, praecidebantur[1] et amputabantur ab eis tanquam impedientia, superflua, extranea, et nociua. Et ideo idem Vegetius judicat rusticam plebem esse ad militiam magis aptam, eo quod magis e praedictis delectationibus est remota et in asperis contrariis assueta, [P. 20] sic dicens: Nunquam credo potuisse[2] dubitari aptiorem armis rusticam plebem, quae sûb dominio[3] et labore nutritur, solis patiens, umbrae negligens, balneorum nescia, delitiarum ignara, simplicis animi, paruo contenta cibo, durata ad laborum tolerantiam membris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de jure est. Haec Vegetius. Tales erant cum quibus Romani fortia bella gerebant, rebelles fraenabant, hostes domabant, tyrannos, urbes, et regna calcabant, celebres ac[4] crebras victorias obtinebant, mundum suae reipublicae subjugabant. Legimus quod David humiliauit Philistiaeos et tulit fraenum tributi de manu Philistini, percussit Moab, et mensus est[5] funiculo coaequans terrae, multas victorias de hostibus reportauit, praelia multa gessit. Prius tamen exercitatus fuerat in desertis, et fatigationes varias, labores, ad[6] inedias et aerumnas, [7]ad solis caumata et ardores, ad frigora[7] et ad gelu super nudam terram procumbens, latitans in speluncis [8]suis, quando Saulis[8] amentiam fugiebat. Quando[9] vero ab exercitio vacauit ac bellis et delectationibus,[10] otio et somnolentiae se tradidit[11] ac quieti, ad aspectum mulieris, qui prius omnium victor fuerat, victus fuit. Hinc adulterium commisit, et proditorium homicidium perpetrauit. Ob quam causam de ejus domo incestus non defuit, sanguis non cessauit, et gladius non recessit. Machabaei ciuitatem sanctam Hierusalem de manu hostium saluauerunt, legem de potestate gentium extorserunt, pro libertate patriae pugnauerunt, inimicos constanter ac viriliter saepius prostrauerunt, et multis periculis se dederunt. Sed ante in multis exercitiis laboriosis experti fuerant et probati. Nam foeni cibo vescentes demorati fuerant in montibus et[12] desertis, et ibi vitam egerant inter feras. quasi non essent bella Domini egressuri nisi prius castitati, temperantiae, ac parsimoniae studuissent. Et ideo ab exercitu Domini summopere[13] est cauendum quod ad libidinem fraena non laxet, a super fluitate cibi et potus se temperet, otiositatem per continuum armorum exercitium fugiat et euitet.[14] Mandato namque legis formidolosus, vel qui uxorem

[1] *Precindebantur,* M.
[2] *Dubitari potuisse,* M.
[3] *Diuo,* M.
[4] *Et,* M., which of course reads *optinebant,* as elsewhere.
[5] M. adds *eos.*
[6] *Ac,* M., which of course reads *erumpnas.*
[7] *Ac damnata et ardores ac frigora,* M.
[8] *Speluncis, quando Saulus,* M.
[9] *Cum,* M.
[10] M. adds here *et.*
[11] *Tradita,* M.
[12] M. omits *et.*
[13] *Est sumnopere,* M., which reads *parcimonie,* just before.
[14] *Deuitet,* M.

de nouo duxerat, vel[1] qui vineam plantauerat, aut qui domum aedificauerat, a praelio arcebatur. Romani Consules conabantur praedicta omnia a suo exercitu [P. 21] submouere, non reputantes neque sperantes euentum belli prospere aduenturum si cum expeditione reipublicae permanerent.[2] Refert enim Valerius Maximus quod Scipio Africanus[3] Consul in Hispaniam missus ut insolentissimos Numentinae urbis spiritus superiorum ducum culpa nutritos contunderet,[4] eodem momento temporis quo castra intrauit edixit ut omnia ex iis quae voluptatis causa comparata fuerant auferrentur ac submouerentur.[5] Nam constat, cum maximum inde rusticorum ac laicorum[6] numerum cum duobus milibus [M. 6 v] scortorum abisse hac[7] turpi subdens atque erubescenda sentina[8] vacuefactus exercitus noster, qui paulo ante [9]metu mortis deformi[9] se foederis ictu maculauerat, erecta et recreata virtute [10]acrem illam et animosam Numantiam[10] incendiis exustam ruinisque prostratam[11] solo aequauit. Exemplum etiam aliud inducit idem Valerius quod non judico dimittendum, quod explicat in his verbis: Marcellus cum exercitum in[12]Africa Jugurthino bello nimia Spurii[12] Albini indulgentia corruptum Consul accepisset, omnibus imperii neruis ad reuocandam pristinae disciplinam militiae conuersus est; nec singulas partes apprehendit, sed totam continuo in suum statum[13] redegit. Protinus namque lixas a[14] castris submouit, cibumque coctum venalem proponi vetuit. In agmine neminem militum ministerio seruorum jumentorumque, ut arma sua et alimenta ipsi ferrent, uti passus est. Castrorum subinde locum mutauit. Eadem, tanquam Jugurtha semper adesset, vallo fossaque aptissime cinxit. Quid ergo restituta continentia, quid repitita industria profecit? Crebras scilicet victorias et multa trophaea peperit ex eo hoste cujus tergum sub ambitioso imperatore Romano militi videre non contigerat.[15] Haec Valerius. Si ergo tanta vigebat in pagano exercitu disciplina ut culturae idolorum dediti, quae vitia imperabant, prospero[16] adipiscendae victoriae a vitiis abstinerent, quanto magis exercitus Dei viui, qui munditiam amat, virtutes imperat, intemperantiam

[1] *Seu,* M.
[2] *Reipuplice permaneret,* M.
[3] M. repeats *Affricanus.*
[4] *Nutridos contunderent,* M.
[5] *Auferrerentur et submonerentur* (though possibly *submouerentur*), M.
[6] *Institorum ac lixarum,* M.
[7] *Et,* M.
[8] *Semtina,* M.
[9] *Metum . . . difformi,* M.
[10] *Aciem . . . Iminantiam* (or perhaps *Innimaciam*), M.
[11] *Prostrata,* M.
[12] *Affrica Iugurtino . . . Spuri,* of course, M.
[13] *Stratum,* M.
[14] *E,* M.
[15] *Contingerat,* M.
[16] *Prospe,* M., as P. corrects in margin; *ydolorum* of course in M., above.

fraenat, debet[1] has leges amare pro quibus coronam terrenae victoriae obtinent ac caelestis.

De tertio praeambulo ante passagium ordinando.

Tertium praeambulum est valde necessarium, ut scilicet inter illos qui huic tam sancto negotio possunt praestare subsidium et juuamen pax et concordia reformetur. Inter alia autem quibus passagium indiget sunt naues et galeae [P. 22] et homines[2] qui eas ducant et regimen exerceant super eas.[3] Super autem alias gentes maris quae majori personarum praeeminent[4] probitate, animorum fortitudine et vigore, industria in factis maris, et experientia certiori, fidelitate atque constantia firmiori, sunt Cathalani et Januenses, qui de vasis maris et gente melius, facilius, et commodius administrare et exhibere possunt copiam abundanter. Inter istos tamen est nunc actualiter guerra grauis. Et quia, ista terra sic stante, passagium in his defectum non modicum pateretur, (Nam omnes aliae gentes quae mare nauigant, quantum ad probitatem et industriam nauigandi nihil sunt penitus respectiue) omnino expedit quod inter istos pax et concordia [5]reformetur et[5] componatur. Quae quidem pax faciliter obtinebitur,[6] si majestas regia voluerit interponere partes suas, cum Cathalanis Rex Aragoniae et Ianuensibus Rex Siciliae dominētur qui in[7] tanto ac tali negotio pacem facere tanto Domino non[8] negabunt.

Indiget et passagium victualium copia abundanti, non solum de uno loco, sed et[9] de diuersis; ut sunt frumentum, vinum, oleum, farina, legumina, hordeum, auena, casea, carnes salsae; quae discurrendo per singulas regiones non possunt haberi commodius, facilius, et abundantius de loco aliquo citra mare sicut de[10] Apulia atque Sicilia,[10] quae sunt, ut ita dicam, omnium talium initium[11] et origo. Et quia inter Dominum Regem Robertum et Dominum Regem Fredericum, qui nunc resident in[12] dictis regnis, implacabilis manet, expediret quod inter eos aut longa treuga aut, quod melius esset, pax perpetua firmaretur. Non enim dicti Domini possent in praedictis tam copiosa et tam libera pro passagio exhibere subsidia, nec terram suam euacuare militibus, nec portus gentibus

[1] Here M. adds *virtutes amplecti,* reading *terene* just below.

[2] *Hominibus,* M.

[3] *Qui regimen excerceant,* M., omitting *super eas,* and giving *excer . . .* for *exer . . .* , as elsewhere.

[4] *Preminent,* M., which reads *cerciori* just below.

[5] M. omits these two words.

[6] *Obtinetur,* M.

[7] M. omits *in* and the plural mark (if such it is and not merely an accidental mark, as I suspect), over *e* in *dominetur,* just before.

[8] M. omits *non.*

[9] *Etiam,* M., which writes *habundanti, habundantius, ordeum, comodius, sicud,* as usual.

[10] *Aperulia, Scicilia,* M., as elsewhere.

[11] M. omits *initium.*

[12] M. omits *in.*

et vasis maritimis[1] spoliare, nec victualia cum sui et suorum penuria in tanta copia ministrare quando[2] ipsos guerrae[3] suspicio deterreret, et eorum quilibet crederet alterum tanquam hostem propinquum ad humeros suos esse. Ex ista autem pace accresceret animabus utilitas [M. 7 r] ecclesiae honor et reuerentia, vobis meritum et gloria, et passagio fructus et utilitas in immensum.[4] Naues enim et galeae ad quamcunque[5] plagam ultra mare habeant nauigare vel eundo seu redeundo, communiter habent ad portus Siciliae applicare; ubi tunc licentius et liberius qui passagium prosequuntur,[6] cum opportunitas interesset, aut necessitas immineret, possent descendere, equos reconciliare,[7] vires resu[P. 23]mere, corpora recreare, et[8] victualia renouare. Si etiam [9]esset inter[9] illos Dominos pax reformata et firmata, posset obtineri ab eis galearum et nauium sufficiens multitudo. Esset etiam possibile quod ambo vel alter eorum vos in passagio sequeretur. Hoc mihi certum est de Domino Rege Frederico, cum quo habui colloquium de talibus et notitiam pleniorem quod non est res in mundo quam tantum desideret et affectet sicut in passagio transigere residuum vitae suae, si pax ei per modum securum et congruum praestaretur. Et certe, Domine mi Rex, vobis accrescet utilitas et fauor non modicus atque honor, si talem haberetis in vestrum consortium comitiuam, Principem scilicet antiquum annis et meritis, profundum in militaribus consiliis, prouidum in agendis, in armis expertum, in bellis strenuum, nobilem, deuotum,[10] constantem, sanguine vobis junctum, justitiae amatorem, pauperum defensorem, cui breuiter in iis quae Regi conueniunt nihil deest, si pax inter ipsum et ecclesiam ac Dominum Regem Robertum vestris ope et opera[11] firmetur quae dudum fecerat felicis memoriae pater vester. Cum igitur opus hoc quod dante Domino peragetis multis indigeat et non sit unius temporis vel momenti, ad hoc debetis omnino vires vestras impendere ac conatum. Si enim juxta psalmistam oriatur in diebus tuis justitia et abundantia pacis, juxta prouerbium[12] Salomonis, itinera tua pace producentur, et ipse Deus rectos faciet cursus tuos. Igitur inter praedictas gentes et Dominos fiat pax in virtute tua, non[13] in turribus tuis, id est, in castris tui exercitus, abundantia[14] subsequetur. Et sic, Domine mi, nomen tuum praedicabitur merito princeps pacis.

[1] *Variis martiriis,* M.

[2] P. corrects in margin to *quoniam*.

[3] *Gerre,* M.

[4] *Utilitas inmensum,* M.

[5] *Quamque,* M.

[6] *Prosequentur,* M., which reads, above, *comuniter, Scicilie,* and below, *oportunitas.*

[7] *Refocilare,* M.

[8] M. omits *et.*

[9] *Interesset inter,* M.

[10] M. adds here *fidelem.*

[11] *Opere reformaretur,* M.

[12] *Prouerbia,* M., which reads *in pace* just below.

[13] *Et,* M.

[14] *Habentia,* M.

De quarto praeambulo ad[1] passagium ordinando.

Quartum praeambulum est, quod scilicet per terram viam regiam [2]eligamus seu[2] fieri moneamus. Nihilominus tamen prouidendum est in certo numero de nauibus et galeis ad portandum gentes quae mare poterunt sustinere, et ad portandum arma,[3] victualia, machinas, magna et parua tentoria, et balistas grossas et alias, cum istorum omnium necessariis furnimentis,[4] instrumenta ad suffodiendum, percutiendum, concutiendum, et diruendum fundamenta et muros castrorum ac[5] ciuitatum, quando necessitas hoc requiret. Erunt etiam necessariae ad assecurandum mare et a piratarum insultibus defendendum, siue ipsi piratae Christiani fuerint, siue Turchi, ut sic [P. 24] mercatores et peregrini de diuersis partibus in subsidium passagii venientes [6]possint tutius[6] nauigare. Sunt praeterea ad multa alia necessaria[7] quae magis sciuntur et probantur sicut emergunt casus varii et euentus. Et quia, ut inferius disseretur, per imperium Romaniae moneo transeundum et ipsum judico capiendum, commune [8]Venetorum et Ianuensium[8] est in galearum et nauium praeparatione et exhibitione primitus requirendum. Habent enim quaedam dominia in ipso imperio per quae ipsi passagio in multis et variis factis admodum utiles possunt esse.[9] Veneti siquidem habent insulas Cretensem, Nigropontensem, et fere omnes alias numero plusquam viginti in Ægeo mari vel pelagi[10] consistentes. Januenses autem[11] habent ciuitatem unam muratam et fortem nomine Pera satis in populo copiosam[12] immediate juxta Constantinopolim situatam ita prope quod ambas ciuitates diuidit solus portus. Habent insuper unam aliam ciuitatem in imperio Tartariae aquilonaris nomine Capha; ex qua possent passagio [M. 7 v] multa necessaria prouenire. Sunt iterum, quod plus est, praedicti Ianuenses et Veneti in mari et in partibus praefati imperii assueti, et sciunt contratas,[13] patrias, atque vias, passus et semitas, insulas, scopulos, atque portus. Et multi eorum sciunt linguas gentium multas, utpote in illis partibus geniti et nutriti. Quae quidem omnia sunt ad utilitates maximas atque fructus.

De quinto praeambulo ante passagium ordinando.

Quintum praeambulum non est ullatenus omittendum, quod scilicet in vere proximo futuro sint decem vel duodecim galeae bene paratae quae

[1] *Ante,* M.
[2] M. omits these two words.
[3] M. adds *et* here.
[4] *Furnimientis,* M.
[5] *Et,* M.
[6] *Possunt tucius,* M.
[7] *Necessarie,* M.
[8] *Veneciorum ac Ianicensium,* M.
[9] *Esse possunt,* M.
[10] *Palage,* M., which of course has *Egeo.*
[11] *Etiam,* M., which reads *ffortem* just below.
[12] *Copiosa,* M.
[13] *Contractas,* M.

mare Suriae atque Romaniae[1] et alias partes maris custodiant ne[2] nostris falsis ac pessimis,[3] seu aliis quibuscunque liceat ministrare Soldano et aliis sibi subjectis et ejus valitoribus illa quibus indigent pro [4]munitione ac tuitione[4] sui et suorum et terrarum sibi subjectarum contra potentiam passagii, quam plurimum reformidant. Soldanus enim ex terra sua [5]non habet arma[5] necessaria, ferrum, vasa maris, parua vel magna ligamina [6]seu ligna ad componendum[6] vasa nauigabilia vel ad fortificandum suas munitiones et castra, seu ad faciendum machinas et alia instrumenta ad se defendendum vel[7] nostros etiam inuadendum. Et ideo cum audierit passagium [P. 25] ordinari, sagax, astutus, et malitiosus prouisionem faciet de praedictis. Nostri etiam falsi Christiani et Graeci ac Suriani et etiam Sarraceni de Africa inducti atque seducti auaritia et spe lucri eidem Soldano sicut alias de praedictis omnibus copiam exhibebunt. Quod quidem esset in magnum Saracenorum subsidium et magnum passagii detrimentum.[8] Praedictae igitur galeae quoscunque illuc euntes capiant et captiuent. Nihilominus mandetur omnibus maritimis ciuitatibus atque regnis, et specialiter illis de insula Cypri, quatinus per edictum publicum et per poenas comminatorias et executorias prohibeant gentes suas ne ad terras quorumcunque Sarracenorum et specialiter Soldano subjectas accedant aut merces quascunque deferant siue mittant. Dominus etiam noster summus Pontifex renouet sententias et processus quos contra tales consueuit sedes apostolica promulgare. Instetur[9] praeterea quod Dominus Papa nulli concedat merces quascunque portandi in partes Alexandriae facultatem, et si concessit alicui, reuocetur. Per istas enim restrictiones, si diligentius obseruentur, Soldanus et sui defectum et damnum in rebus sibi necessariis patientur. Regium tamen consilium attendat sollicite quod tales personae istis galeis pro negotio talis custodiae praeponantur quod de ipsorum auaritia siue dolo non possit suspicio suborire.[10]

Explicit secunda pars. Incipit tertia pars designans quatuor vias, ut ex eis pro Rege melior eligatur. De prima via, quae est per Africam, penitus euitanda.

Disponente Domino, postquam passibus[11] undique reformatis in viam salutis et pacis dirigere possumus gressus nostros ad unum et eundem terminum, scilicet terram sanctam, vias quatuor describamus; ut omnibus

[1] *Romane,* M.

[2] M. omits *ne.*

[3] Here M. adds *Christianis vel Sarracenis.*

[4] *Muritione, defencione, ac tuitione,* M.

[5] Here M. is damaged, most of these three words being lost.

[6] M. again damaged here, but apparently never contained *seu ligna*; P. corrects *ligamina,* in margin, to *lignamina.*

[7] M. again slightly damaged here, *v* of *vel* wanting.

[8] *Detrimenti,* M.

[9] *Instituetur,* M., which reads *Allexandrie* below, and of course *dampnum, Affricam,* etc.

[10] *Suborriri,* M.

[11] *Pacibus,* M.

viis consideratis diligentius et descriptis, pro vestra persona et eam sectantibus melior, tutior, et breuior eligatur. Prima igitur[1] via est per Africam, quae difficultates plurimas secum portat et taedia infinita. Quod patet ex suo principio,[2] progressu siue medio, et ex [3]iis quae juxta terminum siue finem sunt.[3] Ex [M. 8 r] suo principio patet[4] quidem a termino ad quem tendimus[5] in magna distantia inuenitur. Siue enim viam istam a strictu Jubaltariae [P. 26] siue a Tunicio incipere debeamus, a strictu Jubaltariae usque Acon quae a Hierusalem distat duabus paruis[6] dietis, [7]MMM. et D. a Tunicio vero MM. et CCC. miliaria denotantur.[7] Quantum etiam ad progressum siue medium est haec via difficilis atque grauis. Sunt enim in ipsa castra fortia, loca plura inaccessibilia, passus difficiles, ciuitates inexpugnabiles. Locus quidem durans per plures dietas omnino desertus, sterilis, arenosus, omni inuius creaturae, [8](in quo si ventus insurgeret, suffocaret homines et jumenta)[8] ubi nec cibus nec gutta aquae penitus[9] inuenitur. Quantum iterum ad ea quae sunt juxta terminum siue finem, via ista difficilis inuenitur. Habet enim ibi juxta totam Soldani potentiam et Ægypti, per cujus medium haberet totus exercitus necessario pertransire. Qui licet in se viles existant et nullius sint reputandi pretii vel momenti nisi haberent auxiliarios[10] aliunde, utrum tamen esset tutum vel posset per aliquem eligibilem judicari contra totam Soldani potentiam exponere exercitum fatigatum vel laboribus conquassatum, sicut esset quando tantam viam et tot diuerticula percurrisset regale prudens judicium et discretum atque maturum consilium videat et discernat. Breuiter mihi causa aliqua non occurrit quare sanctus Ludouicus inceperit[11] facere viam illam, nisi haec sola, quod Sicilia,[12] cum sit prope Tunicium,[13] pro aliqua parte sui itineris faciliter poterat habere victualia abundanter.

De secunda via, quae est per mare; quae per Regem est nullatenus facienda.

Secunda via est per mare. Cujus principium esse posset in Aquis mortuis, vel in Marsilia, siue in Nicia,[14] sicut magis accomodum videretur. Quando propter multitudinem hominum vel propter defectum victualium

[1] *Ergo,* M.
[2] Here M. adds *et ex.*
[3] *Hiis que sunt iuxta terminum siue finem,* M.
[4] Here M. adds *quod.*
[5] *Intendimus,* M.
[6] *Puis,* M. (without sign of contraction).
[7] *MMMD a Tunico . . . MM et CCCC denotantur miliaria,* M.
[8] M. transfers these nine words to end of sentence, reading: *creature ubi nec cibus . . . inuenitur, in quo si ventus . . . iumenta.*
[9] *Positus,* M.
[10] *Auxiliaria,* M.
[11] *Incepit,* M.
[12] *Scilicia,* M.; P. adds *de* in margin, as M. in text.
[13] *Tunicum,* M.
[14] *Vicia,* M.

non posset totum exercitum recipere unus portus, progressus tamen[1] esset continuus usque Cyprum, et inde ad quam partem de Ægypto vel de Suria [2]exercitus applicaret[2] cum maturo consilio videretur. Hanc viam fecit sanctus Ludouicus. Hanc faciebant peregrini transfretantes in subsidium terrae sanctae, quando de ipsa [3]per nostros aliquid[3] tenebatur. Sed haec[4] difficu[P. 27]ltates plurimas secum habet. Habet enim difficultates quantum ad omnes homines, et specialiter quantum ad Gallicos et Theutonicos,[5] qui in mari non fuerunt assueti. Ad motum enim maris et agitationes varias et procellas nimium[6] et efficiuntur saepius sine sensu, ita quod frequenter possent judicari mortui plus quam viui. Praeter haec, subita mutatio aeris, foetor maris, cibaria insipida atque grossa, aquae foetidae et corruptae, pressura hominum, strictura loci, durities lecti; et cetera[7] talia multa nimis in eis infirmitates varias generant et inducunt. Equi etiam [8]haberent incommoda[8] plurima sustinere. Habent namque pendere districti, jacere non possunt, continue agitantur, carent exercitio consueto, tergi et mundari non possunt, de mutatione aeris, foetore maris, sicut homines affliguntur. Qui quidem foetor propter eos non minuitur, sed augetur. His tantis malis debilitati et infirmati[10] vix possunt in statum pristinum [11]reuocari seu[11] reparari, et frequentius etiam moriuntur. Contingit[12] iterum naues propter ventum oppositum retrocedere. Et [13]si non possunt,[13] coguntur ad portum aliquem declinare, [14]in quo[14] siue sit habitatio, siue non, propter defectum temporis habent[15] frequentius moras contrahere diuturnas. Interdum in alto maris deficiet eis ventus. Et tunc non possunt retrocedere vel procedere nec declinare ad dextram vel sinistram. Quae quidem omnia sunt in magnum viae dispendium, in magnam materiam expensarum, et in personarum et equorum non modicum detrimentum. Sunt etiam tempestates incredibiles insperatae,[16] ex quibus sequitur debilitas corporum, defectio virium, deperitio virtutum, fractio animorum. Propter quae ab incipiendo tam [17]sancto proposito[17] plurimi retardantur, [M. 8 v] vel a jam incepto forsitan reuocantur. Propter etiam praedictas tem-

[1] *Cum,* M., which of course reads *Ciprum* just below, *acomodum* just above.
[2] *Deberet exercitus ampliare,* M.
[3] *Aliquid per nostros,* M.
[4] *Hoc,* M.
[5] *Teutonicas,* M., as elsewhere.
[6] *Ninium affliguntur,* M.
[7] *Ceretera,* M.
[8] *Habent incomoda,* M.
[9] *Excercio,* M.
[10] *Infirmitati,* M.
[11] M. omits *reuocari seu.*
[12] *Contigit,* M.
[13] *Si tamen possint,* M.
[14] *Et,* M.
[15] Here M. adds *ibi.*
[16] *Inseparate,* M., which of course reads *depericio* just below.
[17] *Sancte vie proposito,* M.

pestates naues in portus varios seu potius in[1] partes diuersas et contrarias disperguntur. Et sic temporis dispendia subsequuntur,[2] dum in aliquo certo[3] loco habent se mutuo expectare ut exercitus uniatur. Aliquando etiam naufragia patiuntur et[4] detrimenta plurima et jacturas. Est insuper una alia incommoditas ex hac via. Nam exercitus subito transiens de uno extremo ad aliud extremum, id est, de terra frigida ad terram calidam, in suis complexionibus transmutatur.[5] Ex quo infirmitates saepius generantur, et mortes plurium [6]subsequuntur. Sequitur etiam[6] dispendium temporis, quod non est [P. 28] pro modico aestimandum. Exercitus enim habet in Cypro toto tempore hyemis expectare, ut ibi[7] homines et equi post maris incommoda recreentur, et exercitus expectetur, et terra hostium exploretur, ac tempus quo solent Reges ad bella procedere attendatur. Ex quo[8] quidem dispendio temporis sequitur multiplicatio expensarum tam in marino exercitu quam terrestri. Sequuntur[9] et discordiae in exercitu atque brigae propter otium cui vacant. Sequitur iterum stipendiariorum[10] depauperatio et stipendiorum consumptio, dum indisciplinati homines in otio sua disperdunt in comessationibus et ebrietatibus, in ludis[11] et tabernis, et aliis inhonestis. Sequitur interdum epidimia, malum irreparabile, quae prouenit ex aere calido vel intemperato aeri eorum natiuo contrario puro et frigido, et etiam ex vinis acutis et ardentibus; in quibus si aqua ponatur, ut decet, saporem amittunt; si pura bibantur, intestina et cerebrum destruunt et comburunt. Ista omnia incommoda sensit et habuit in suo passagio sanctus[12] Ludouicus, et specialiter quod CCL. leguntur obiisse de Comitibus, Baronibus, atque Militibus melioribus quos[13] haberet illa hyeme qua in Cypro ob causas praedictas habuit commorari. Hanc ergo viam quam incommoda tot sequuntur,[14] eligere non debeo nec audeo commendare. Nam si tempore beati Ludouici Christiani[15] fuisse eligibilem non decerno quando nostra Christianitas de terra illa ad quam nos[16] tendimus Acon et aliqua loco alia obtinebat, ubi absque mora in Cypro cum sua comitiua libere poterat applicare, multo minus nunc,[17] quando non obtinemus ibi[18] minimum passum pedis, ut inferius exponetur.

[1] M. omits *in*.
[2] *Subsequentur,* M.
[3] *Stricto,* M.
[4] *Vel,* M.
[5] *Transmutantur,* M.
[6] *Subsequitur. Sequitur iterum,* M., which of course reads *excercitus* and *incomoda* below.
[7] *Ubi,* M.
[8] *Quo* M. omits.
[9] *Sequentur,* M.
[10] *Stipendiarum,* M.
[11] *Lusibus,* M.
[12] Here M. adds *etiam*.
[13] *Quo,* M.
[14] *Sequentur,* M.
[15] Here P. adds in margin *hanc viam*.
[16] *Nunc,* M., which of course reads *optinebat* below, *incomoda* above.
[17] M. omits *nunc*.
[18] M. omits *ibi*.

De tertia via, quae est per Italiam, via tuta et bona, cujus progressio[1] *tangitur esse triplex.*

Tertia via est per Italiam, cujus progressus poterit esse triplex. Unus per [2]Aquileiam, et inde per Istriam,[2] dehinc per Dalmatiam, quae quidem sunt prouinciae fidelis populi Christiani, via facilis atque plana, domestica, fertilis et abundans, frumento, vino, et oleo, carnibus atque piscibus, foecunda plurimum et jocunda, habens castra, villas, ciuitates juxta ad inuicem et propinquas; quorum dominium partim est communis Venetiarum, partim communitatem,[3] partim quorundam ibi principantium Dominorum. Ulterius [P. 29] procedatur[4] per regnum Rassiae, et [5]peruenietur ad Thessalonicam,[5] quae est major ciuitas Macedoniae sub Constantinopolitano imperio et dominio ac districtu. De hac ciuitate usque Constantinopolim sunt tredecim paruae dietae de planitie fertili et jocunda et bonorum omnium abundanti. Unum solum videretur alicui difficile in hac via, quod videlicet ab exitu praefatae regionis Dalmatiae usque Constantinopolim terrae, ciuitates, atque dominia sunt gentium quae apostolicae sedis magisterio non intendunt. De istarum vero gentium fortitudine vel audacia resistendi nullam, nisi sicut[6] de mulieribus facio mentionem. Sed si vellent nostra sancta itinera impedire, faceremus nobis faciliter igne gladio viam,[7] sicut juste et licite facere possemus et etiam deberemus, ut in[8] suo loco inferius exponetur. Hanc viam fecerunt multi qui Romano imperio praesidebant, ut in[9] tripartita historia clarius inuenitur,[10] quando de Galliis siue de Germania aut de Ita[M. 9 r]lia exercitum deducebant ad domandum vel dominandum seu [11]subueniendum imperio orientis; et hoc quia non oportebat eos in mari ponere passum unum nec tentoria figere nec de victualibus fere usque[12] crastinum prouidere; sed viam suam faciebant ordinatis dietis de loco habitato ad locum habitatum et de hospitio ad hospitium transeundo. Alius progressus esse poterit per Brandisium[13] ciuitatem Apuliae, et inde transire brachium unum maris quod durat circa CL. miliaria in Duracium, quae est ciuitas Domini Principis Tarentini, et inde per Albaniam, quae sunt gentes obedientes Romanae ecclesiae et deuotae, inde per Blaquianiam,[14] et ulterius in Thessalonicam[14] procedendo. Alius progressus esse poterit per Hydruntum,[14] quae est etiam ciuitas Apuliae, et inde

[1] *Progressus,* M.

[2] *Aquileyam . . . Ystriam,* M.

[3] *Communitatum,* M.

[4] *Procedetur,* M.

[5] *Peruenitur in Thassalonicam,* M.

[6] *Sint,* M.

[7] Here M. adds *latam.*

[8] M. omits *in.*

[9] M. omits *in.*

[10] *Inuenietur,* M., which below has only *Yta* for *Italia*, the *-lia* being added below by another hand (?).

[11] *Aut,* M.

[12] Here M. adds *in.*

[13] *Brundusium,* M., which below puts *transire* after *maris.*

[14] *Blaquiam . . . Thessolonicam . . . Ydrontum,* M.

per insulam Curfo,[1] quae est etiam Domini Principis Tarentini, peruenire in [2]despotatum Arcae, quae[2] distat ab Hydrunto vix CXX. miliaribus, et inde per Blaquiam in Thessalonicam applicare. In his autem viis siue progressibus tanta est terrae fertilitas quod cum illa quae adhiberi poterit diligentia et cautela nullus defectus penitus esse potest. Hos duos progressus ultimos fecerunt Hugo magnus frater Philippi Regis Francorum et Robertus Comes Flandrensis et alius[3] Robertus Comes Normannorum et Tancredus[4] Princeps Tarentinus in passagio quod mouit Petrus Heremita, sicut [P. 30] in historia de ipso passagio continetur.

De quarta via, quae est per Alamaniam[5] *et Ungariam, via facilis et salubris.*

Quarta via est per Alamaniam et Ungariam; ubi cum exercitus fuerit adunatus, exeundo fines Ungariae intrabit plana Bulgariae disposite et distincte, et inde prospere ac feliciter dante Deo cum sanitate[6] personarum et equorum ac rerum Constantinopolim applicabit. Hanc viam fecerunt multi Principes, Duces, Comites, et Barones qui de lingua occitana,[7] de [8]Galliis, de Francia, et de Aluernia[8] Petrum heremitam fuerunt in praefato[9] passagio subsecuti. Hanc viam [10]dudum fecerat memorandus[10] et imitandus Karolus Magnus quando terram sanctam de manu infidelium liberauit, sicut ex historiis inde factis colligitur et habetur.

Explicit tertia pars. Incipit quarta pars. Et est quae istarum praedictarum sit pro Rege ac personam suam sectantibus, et quae pro aliis diuersarum partium exercitibus eligenda.

Visa[11] descriptione praedictarum viarum, nunc restat ostendere quae istarum viarum sit pro Rege, et quae pro aliis diuersarum partium exercitibus eligenda. Voluntatis autem et intentionis fuit pro quolibet exercitu talem viam eligere ac monstrare quae breuior, facilior, et utilior, esse possit, et quae sit a marinis incommodis supra positis elongata, in qua de ipso mari tam[12] parum habeant pertransire quod vix ille transitus ad tria miliaria se extendit, et sic usque ciuitatem sanctam Hierusalem non habebunt mare aliud nauigare nisi istud de quo loquor mare strictissimum, ut ostendam.

[1] *Uirfo,* M., corrected from *Curfo.*

[2] *Depontatum Arce, qui,* M., which reads *Ydronto* (or *Ydronco*) . . . *CCXX.,* and *Thessolonicam,* just below. P. in margin corrects *Arcae* to *Acrae.*

[3] Here M. adds *Comes,* giving of course, just above, the spelling *fflandrensis.*

[4] *Tandredus,* M.

[5] *Alemananiam,* M., as elsewhere, which of course has *excercitus* below.

[6] *Saluitate,* M.

[7] *Octaua,* M.

[8] *Galiis . . . Francis . . . Alemania,* M.

[9] M. omits *praefato.*

[10] *Dum memorandus dudum,* M., omitting *fecerat*; *dum* perhaps is intended to be erased.

[11] *Viso de descriptione,* M.

[12] *Ita,* M., which of course has *incomodis* above; *Ierusalem, ffacilitas* below.

Via ergo erit pro Rege, praeuia gratia Jesu Christi, per Alamaniam et Ungariam, quam supra descripsimus quarto loco. Quod autem ista via sit absque omni dubio eligenda ex breuitate, facilitate, et[1] commoditate ipsius breuiter ostendetur. Ex breuitate quidem, quia illud ad longitudinem viae non arbitror aestimandum quod Dominus Rex facere potest per terras suorum fidelium amicorum[2] fidei Christianae, qui etiam passagium istud summe desiderant et exoptant, qui ipsum, nec dubium, vel multi ex ipsis in rebus propriis et personis deuotius subsequentur. Ibi enim quoad longitudinem itineris onerosi initium [P. 31] passagii judico computandum ubi et quando a terris fidelium est egressus. Facilitas etiam patet, quia de loco habitato ad locum habitatum et[1] de ciuitate in ciuitatem de die[3] poterit hospitari in bonis[4] et quietis. Commoditas est insuper manifesta. Nam in hac inueniuntus[5] victualia et alia hominibus [M. 9 v] et equis necessaria abundanter, quae Alamania[6] et Ungaria largius subministrant. Per hanc ergo viam exercitus, sicut si essent in propria Francia,[7] usque ad exitum de Ungaria cum consolatione nimia deducetur. Ab exitu autem de Ungaria in Constantinopolim dirigit duplex via. Una est per Bulgariam, quam supra tetigi; alia per Sclauoniam, id est per partem regni Rassiae cujus feci superius mentionem. Has vias fecerunt, per Bulgariam [8]quidem Godofredus Lothoringiae[8] cum fratribus suis Baldouino et Eustachio et Baldouinus[9] Comes Montensis, per Sclauoniam vero [10]Ademarus Podiensis Episcopus apostolicae sedis Legatus et Raimundus Comes sancti Ægidii et Tolosae,[10] ut in libris aliquibus inuenitur. In aliquibus vero libris leguntur per Aquileiam et Dalmatiam sua itinera peregisse. Et quia exercitus magnus erit, una pars per Bulgariam, pars altera per Sclauoniam poterit facere iter suum, ut victualia et hospitia commodius habeantur. Dominus autem Rex per Bulgariam, ubi est via planior et breuior, faciet iter suum. Sed antequam extra terminos Ungariae procedatur, ordinabitur quod ab illis qui in Bulgaria, Graecia, et Rassia dominantur securitas habeatur; quam ipsi libentius exhibebunt,[11] ut in suis non suis sed violentatis et usurpatis ac tyrannizatis dominiis dimittantur. Ordinabitur etiam ut dicti Domini faciant per gentes suas exercitui victualia pro competenti

[1] M. omits *et*.

[2] M. adds here *et deuotorum*.

[3] M. adds here *in diem*.

[4] M. adds here *hospiciis*, and, like P., keeps two m's in *commoditas*, though a little later it has *comodius*.

[5] Written like *inueminctur* in M., which below repeats *hominibus*.

[6] *Almania*, M.

[7] *Ffrancia excercitus*, M.

[8] *Quidam Godefridus dux Lotoringe*, M.

[9] *Bladuinus*, M.

[10] *Ademanus Pondiensis . . . Raumundus . . . Tholose*, M., which of course has *Aquileyam* below.

[11] *Exibebunt*, M.

pretio ministrari, si tamen in[1] eis fuerit de fidelitate aliqua confidendum. Quod non teneo nec judico esse tutum propter rationes quae loco suo inferius apponentur. Et si judicetur quod ad eos noster introitus sit hostilis, tunc victualia in blado, farina, et carnibus, et vino[2] sine pretio et in copia habebunt. Terrae enim illae multum sunt in talibus abundantes, et foueae subterraneae in quibus sunt eorum promptuaria cum inuestigatione debita tunc patebunt. Ipsi sunt etiam[3] tales ab ubere enutriti quod non cogitant de defensione et resistentia, sed de fuga. Quia vero multi exercitus de diuersis partibus mouebuntur, et[4] tantam multitudinem non potest recipere via una, ideo [P. 32] de aliis supra tactis viis restat quam quis de ipsis viis accipere debeat ostendendum.

Viam illam[5] per Africam non eligo nec ullo modo judico faciendam nisi totus exercitus ad acquirendum ipsam Africam verteretur. Tantum enim est fortis illa patria, tot habet ciuitates inexpugnabiles atque castra quod ad acquirendum eam unum praecogitatum et deliberatum[6] passagium necessarium videretur. Hoc patet in bellis Punicis, hoc in[7] Jugurthino, hoc in Numentino bellis, quae Romanas copias minuerunt et eorum potentiam multo tempore lassauerunt. Et licet Romani de ipsis victoriam reportauerint et triumphum, non tamen sine consumptione plurium et magno reipublicae detrimento. Non tamen[8] dico quod esset de victoria diffidendum[9] quando dirigeretur[10] passagium specialiter contra eos. Nobiscum enim est Deus,[11] et ipsi a viribus pristinis et virtutibus defecerunt. Vias ergo[12] alias ad prosequendum nostrum propositum, id est, ad acquirendum terram sanctam, ut cupimus, eligamus.

Viam maris tantum faciant homines nauium et galearum officiis deputati cum[13] rectoribus et capitaneis[13] earundem et eis quibus secretum regium[14] communicatum fuerit quid de[15] ipsis nauibus[16] et galeis in termino et in via fieri oportebit. Ire etiam poterunt qui in mari fuerint assueti, qui ad maris incommoda non mutantur, et ad tempestates varias non mouentur [M. 10 r].

[1] *Sin,* M., which of course has *tirannizatis* above.
[2] M. omits *vino* and the *et* after *pretio*.
[3] *Ipsi etiam sunt,* M.
[4] Here M. adds *omnem*.
[5] Here M. adds *primam,* reading of course *Affricam*.
[6] *Deliberatum et precogitatum,* M.
[7] M. omits *in*.
[8] Here M. adds *idem*.
[9] *Defidendum,* M.
[10] *Digeretur* M.
[11] *Deus est,* M.
[12] *Ergo vias,* M.
[13] *Capitaneis et rectoribus,* M.
[14] *Regni,* M.
[15] M. omits *de*.
[16] M. originally *manibus,* corrected to *nauibus*.

Per viam autem [1]Italiae, cujus progressus tetigimus, per progressum quidem Apuliae ibunt Canciani, qui Aquileiae sunt affines, et Lumbardi,[1] et illi de Marchiis, et alii undecunque[2] qui magis isti progressui sunt propinqui.

Illi de lingua occitana,[3] Prouinciales, Tusci, Romani, et Apuli per progressum [4]Brandisii et Hydrunti[4] facient iter suum secundum quod [5]personis, equis,[5] et propinquitati[6] terrae suae magis expediens judicabunt. Necessarium tamen erit quod isti qui facient hos ultimos progressus[7] prompta vasa maris habeant[8] et parata quae ipsos per illa maris brachia superius designata in aliam partem transeant[9] et transportent. Omnes autem qui per istas vias dirigent gressus suos[10] in Thessalonicam applicabunt et cum illis se inuenient qui per Aquileiam processerunt. Causam [11]hujus termini viue infarie[11] explanabo.

[P. 33] *Explicit quarta pars. Incipit quinta pars: quae quia monet per regnum Rassiae et per Graecorum imperium*[12] *transeundum, continet in se tria.*

Ut igitur antequam de terris et terminis fidelium exeamus consulte videamus quam exercitus Domini caute debeat ambulare, quantum ad hoc, ista pars versabitur circa tria. Primo, utrum[13] cum Imperatore[14] Graecorum vel Rege Rassiae sit foedus aliquod [15]iniendum seu fiendum.[15] Secundo, utrum sit in eis aliqualiter confidendum. Tertio, utrum [16]causa inueniri poterit[16] justa, licita, et honesta ad eorum dominium inuadendum.

Quantum ad primum, scilicet quod non sit cum eis pactum aliquod faciendum, assigno quatuor rationes. Prima ratio[17] sumitur ex parte fidei catholicae, quam ipsi cum sua ecclesia non tenent nec credunt, sed ipsam sic abiciunt,[18] impugnant, et odiunt animis induratis quod etiam audire refugiunt[19] ipsam, sicut perversi haeretici et maligni. Cum enim

[1] *Ytalie . . . Apuleye . . . Carenciani* (for *Tarenciani?*) . . . *Aquilei . . . Lombardi,* M. *Canciani* P. corrects in margin to *Campani.*

[2] *Undecumque.*

[3] *Octaua,* M.

[4] *Brundusei . . . Ydronti,* M.

[5] *Propersonis esequis,* M.

[6] *Propinquitate,* M.

[7] *Ultimos hos progressus,* M.

[8] *Habebant,* M.

[9] *Traiciant,* M.

[10] *Suos gressus,* M., which reads *Thessolonicam, Aquileyam,* below.

[11] *Termini huius vie inferius,* M.; P. corrects in margin *viue infarie* to *viae inferius.*

[12] *Imperium Grecorum,* M.

[13] M. omits *utrum.*

[14] *Imperatorem Grecorum,* M.

[15] *Feriendum,* M.

[16] *Tam inueri possit,* M.

[17] M. omits *prima ratio.*

[18] Here M. adds *et.*

[19] M. omits the *re* of *refugiunt.*

fratres Praedicatorum ordinum et Minorum ad eorum reductionem ad[1] fidem a sede apostolica destinati eis vellent aliquando fidem catholicam declarare, abjecti, verberati, et contumeliis affecti fuerunt eorum jussionibus et mandatis. Hoc[2] dicam tantum quod ipsi de fide audire quae vera sunt renuant et contemnant, verum etiam quoscunque de nostris precibus, commissis,[3] fauoribus, honoribus, atque minis ad suam perfidiam quantum possunt attrahunt et inducunt. Quod patet in eorum uxoribus quas nostri[4] Latini miseri eis tradunt, cum quibus matrimonium renuunt consummare donec catholicam fidem renegauerint et eorum perfidiam sint professae; sicut [5]exempli causa[5] induco de sorore Comitis Sabaudiae uxore nunc Imperatoris Graecorum, quae [6]Graeci perfidia[6] est effecta. Statim enim ut in Constantinopolim fuit ducta, eidem confessores fratres Minores,[7] quos secum duxerat, abstulerunt, consiliarios probos viros, et nutrices ac domicellas catholicas de sua curia expulerunt, ita quod cum ea de iis quos secum duxerat nullum penitus dimiserunt, nisi voluissent fidem catholicam abnegare et eorum in scriptis perfidiam publice profiteri. Quod et praedicta Domina fecit in magnum[8] dedecus Romanae Ecclesiae et opprobrium[9] fidei Christianae. Sed, ut dicunt illi qui eam volunt in hoc sacrilegio excusare, hoc fecit ipsa non voluntarie, sed coacte. Graeci et eorum sequaces ab exordio nascentis ecclesiae errores et scismata inuenerunt et pertinaciter nutriuerunt. Ab [P. 34] eorum namque malo fonte [10]primitiuis Apostolorum temporibus occasio diuisionis et scismatis emanauit. Nam factum est, inquit Lucas, murmur Graecorum aduersus Hebraeos. Ipsi Paulum Samosatenum,[11] Arrium, Sabellium, Macedonium,[12] Nestorium, Dioscorum,[13] et fere omnes haeresum inventores de thesauro pessimo cordis sui Graeca venena,[14] utique mortifera, diffuderunt. [M. 10 v] Quibus autem erroribus et quam diuersis perfidiae maculis Ecclesia illa Graecorum malignorum[15] jacet defoedata testantur haeresiarcharum ab ipsis corrupta productio, testatur antiqua ipsorum a veritate fidei sectio, et ab ecclesiae obedientia et unitate diuisio, testantur et modernae inter se inuicem sectiones, ubi fere quot sunt hospitia, tot denique sunt errores, testantur plures nationes insuper orientis, quas post caudam suae vecordiae in perditionis et coecitatis barathrum[16] secum trahit. Romana

1 *Ac*. M.

2 *Nunc*, M.

3 *Promissis*, M., as P. corrects in margin.

4 *Meri*, M.

5 *Exemplum*, M.

6 *Greci perfida*, M.; P. corrects in margin to *Graeca perfidiae*.

7 *Iminores* originally, M., corrected to *minores*.

8 *Maximum*, P.

9 *Magnum* (without substantive), M.

10 *Forte*, M.

11 *Samasatenum*, M.

12 *Maordomum*, M.

13 *Diascorum*, M.

14 M. omits *venena*.

15 *Malignancium*, M.

16 *Baratrum*. M.

iterum mater Ecclesia attestatur et etiam detestatur, dum pro diuersis erroribus quibus fuerunt[1] impliciti ipsos damnat. Doctores imsuper antiqui pariter et moderni ipsorum haereses tam rationibus quam auctoritatibus detestando reprobant et condemnant, quod scilicet spiritum sanctum a solo patre procedere asseuerant, quod nullam animam usque ad diem judicii esse in paradiso vel in inferno pertinaciter mentiuntur, et quod primatum[2] Ecclesiae non esse in Romano Pontifice astruunt et affirmant, et quia Reges Franciae a tempore quo fidei donum et baptismi gratiam susceperunt semper suscitatores, promotores, [3]defensores, et alumni ac[3] pugiles ipsius, quae sola vera et[4] catholica est, Romanae fidei extiterunt, et super omnes alios Reges mundi ipsam per se et suos declarauerunt,[5] et per ipsam vitam disposuerunt et proprium sanguinem effuderunt. Nec[6] viderentur primis ultima conuenire, si majestas vestra deuota cum tam perfidis et antiquatis haereticis foedera copularet. Secundam rationem quare foedus iniri non debet[7] cum praedictis assumo, ne videatur pars accipi contra Deum et pactum fieri cum inferno. Ad hoc dissuadendum suadent me testimonia[8] scripturarum. Psalmista namque in populum suum iratum fuisse Dominum memorauit quia non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis, sed commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et [P. 35] servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum. Samuel Sauli ex verbo Domini maledicit, Abjecit, inquiens, te Dominus, ne sis Rex super Israel, quia projecisti sermonem Domini. Agag enim[9] Regem ad vitam contra mandatum Domini reseruauit. Jonatham Machabaeum, cui cuncta prospere in bellis Domini successerunt, ipse Dominus captum in [10]manu hostium[10] dereliquit postquam foedus inierat cum Romanis. Acab ex verbo Domini dictum fuit per unum de filiis prophetarum, cum Benadas[11] Regem Syriae dimisisset et cum eo foedera copulasset: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, et populus tuus pro populo. Angelus Domini viuentem[12] Josue in loco flantium[13] protestatur: Pollicitus sum ut non faceret[14] irritum pactum meum ubertum[15] in sempiternum, ita duntaxat[16] ut non feriretis pactum

[1] *Sunt,* M.

[2] *Prima tamen,* M., which of course reads *ffrancie, aiumpni,* below; *dampnat, condempnant,* above.

[3] *Defensores, alumpni, et,* M.

[4] M. omits this *et.*

[5] Here M. adds *firmauerunt atque dilatauerunt.*

[6] *Non,* M.

[7] *Debeat,* M.

[8] *Testimoniis,* M.

[9] *Et,* M.

[10] *Manus Domini hostium,* M.

[11] *Benedas,* M., which reads *filliis* just above.

[12] *Viuente,* M.

[13] *Flentium,* M.

[14] *Facerem,* M.

[15] *Vobiscum,* M.

[16] *Dumtaxat,* M.

cum habitatoribus terrae hujus, et noluisset[1] audire vocem meam. Quamobrem nolui[2] delere eos a facie vestra, ut haberetis hostes. Josaphat Regi Juda cum Acab Rege Israel amicitias copulanti per Jehu [3] videntem fuit ex verbo redarguentis Domini intimatum: [4]Impio praebes auxilium et iis qui oderunt Dominum amicitia jungeris. Et idcirco iram quidem Domini merebaris.[4] De eodem quoque Josaphat legitur in his verbis: Post haec init[5] amicitias Josaphat cum Acozia Rege Israel, cujus opera fuerunt pessima, et particeps fuit ut facerent naues quae irent in [6]Tharsis, feceruntque assem[6] in Asyongaber. Prophetauit autem Eliezer ad Josaphat dicens: Quia habuisti foedus cum Acozia, percussit Dominus opera tua.

Tertia ratio sumitur ex parte Romanae Ecclesiae matris nostrae quam ipsi despiciunt et contemnunt. Ipsam enim vocant et pronuntiant [M. 11 r] adulteram, meretricem, fornicariam,[7] Ecclesiam malignantem. Omnia ejus sacramenta tanquam nulla reprobant et condemnant. Nullum caput, nullum praelatum gratum, statum ordinem in ipsa esse pronuntiant et affirmant. Ejus filios canes immundos vocant, et[8] pluries in anno et publice denuntiant tanquam haereticos et scismaticos et tanquam [9]matre vestra[9] mortua et corrupta ab unitate corporis Christi mystici separatos excommunicantes et anathematizantes ac pronuntiantes eos [10]adimitam pro eo quod in azymo[10] conficiunt[11] execrantur. Si quos[12] ex nostris in eorum Ecclesiis celebrare contigerit, ipsas reconciliant et emundant, sicut si essent effusione sanguinis vel seminis emissione[13] violatae. Si quis eorum a quocunque[14] paruum vel magnum quid subtraxent furto, [P. 36] violentia, vel rapina, nulla per suos confessores imponitur restitutio facienda. Ipsi laudant in confessionibus et commendant si quis eorum[15] a nobis aliquid detinet quoquo modo, asserentes omnia esse a nobis tanquam ab injustis[16] possessoribus licite ac meritorie auferenda. Postremo cum omnes nationes aquilonis et orientis de Francis magna aestiment et commendent, omnes obedientes Romanae Ecclesiae Francos vocant, de quacunque gente vel progenie sint[17] exorti,

[1] *Voluissetis,* M., which reads *huius terre* just above.

[2] *Volui,* M.

[3] *Jhesum,* M.

[4] All this passage is very corrupt in both MSS. M. reads: *imperio prebet auxilium et hiis qui oderunt Dominum amicitia iungulis et idcirco iram Domini merebaris.*

[5] *Iniit,* M., which seems to treat *Amicitias* as a name or place, always giving it a capital initial here.

[6] *Tarsis . . . classem,* M.

[7] *Fornicatoriam,* M.

[8] M. omits *et* here, giving also readings of *inmundos* above, *puplice* below

[9] *Membra,* M.

[10] *Azimitas . . . azimo,* M.

[11] Here M. adds *et.*

[12] *Quem enim,* M.

[13] M. omits *emissione.*

[14] M. adds *nostrum* here.

[15] M. omits *eorum,* and reads *comendant* just above.

[16] *Ministris,* apparently, M.

[17] Here M. adds *nati vel,* reading *Ffranci* above.

ac propter hanc aestimationem quam de nobis habent [1]omni quae sub coelo est nos praeferunt nationi,[1] Graeci soli nos praeposterant et rejactant, et tanquam mortuos a corde nos judicant relinquendos, et[2] tanquam vasa perdita nos contumeliant et infamant. Haec et alia multa mala quae disserere per singula longum esset Graeca Ecclesia illa foeda de pulcritudine ac puritate Romanae Ecclesiae ac de ipsius filiis speciosis false, odiose, et [3]tumide opinatur.[3]

Quartam rationem accipio quae sequiter ex praemissis, ex eo scilicet quod nullus debet haereticis nec hostibus Dei nec Ecclesiae [4]inimicis exhibere auxilium vel fauorem nec etiam alteri cuicunque in fauorem criminis vel in juris[4] alterius detrimentum. Cum igitur Rex Franciae apud omnes nationes orientis et aquilonis et apud extrema terrarum admirandae aestimationis est et singularis excellentiae habeatur, et quantum ad omnis generis[5] nobilitatem supremus et quasi solus inter et super omnes occiduos principes nominetur, multum aduertere ac [6]insistere toto nisu debet[6] ut actus suos taliter ordinet et disponat quod ex ipsis nulli et maxime catholico et fideli possit scandalum et detrimentum aliquod[7] prouenire. Totus autem oriens scit quod Imperator Graecorum et Rex Rassiae duplicis notae macula sunt infames; una scilicet quod sunt haeretici per Romanam Ecclesiam aestimati, ac sicut tales a magnis temporibus condemnati; altera vero, quod sunt juris alieni falsi et proditorii inuasores et violenti[8] ac tyrannici detentores. Cum ergo nunc usque tales[9] fuerint a se ipsis et ab aliis reputati quod propter haereses suas ab Ecclesia Romana catholica sunt diuisi, quod et eis fratres Praedicatores et Minores[10] ipsos ad reditum in sinum matris Ecclesiae saepius adhortantes[11] per literas apostolicas ostenderunt, et tam auctoritatibus quam rationibus pluries probauerunt, quando scilicet et quotiens auditum aurium praebuerunt, si modo talis ac tantus Rex cum eis foedera copularet, non aliud [P. 37] orientalibus videretur nisi quod eorum errores et blasphemias contra nostros et scismata[12] cum eorum superstitionibus approbaret. Et per consequens praedicti fratres cum suis literis et assertionibus[13] friuoli redderentur. Videtur[14] quod illa quae tenent usurpata dominia solidaret, quae non a quocunque,

[1] *Cum omni . . . est preferant vos nacioni,* M.

[2] M. omits this *et.*

[3] *Timide opinantur,* M.

[4] M. adds *de* here and omits *alteri* and *iuris.*

[5] *Gineris,* M.

[6] *Visere . . . visu* (*ut*), M., omitting *debet.*

[7] M. omits *aliquod* here, reading *ffideli* just above.

[8] *Vio violenti,* M., which reads *tirannici* just below.

[9] *Tales* M. omits, leaving a space for insertion.

[10] *Minores et Predicatores,* M.

[11] *Adorantes,* M., which of course reads *racionibus, blasfemias,* below.

[12] *Scismatici,* M.; the scribe here apparently wished to correct this (to *scismata*), but the correction is not thoroughly done.

[13] Here M. adds *mendaces et.*

[14] *Videretur,* M., which of course reads *Ffrancie* below.

sed proprie ab illis de domo Franciae injuste et indebite ac proditorie de[M. 11 v]tinent occupata, ut infra clarius ostendetur. Nec ego[1] possem modum alium cogitare per [2]quem ipsis[2] soliditas majoris fauoris et firmitas auxilii certioris[3] in suo errore atque tyrannide possit dari quam quod ille pacem cum eis ineat[4] atque foedus qui semper fuit haeresum extirpator et justitiae executor. Ex quo certe scandalum fidei et propinqui damnum euidens sequeretur. Videat igitur qui haec audit et judicet qui haec sentit utrum juste sit cum talibus alicujus foederis pactio vel cujuscunque amicitiae conuentio facienda.

De secundo quod in hac parte tangebatur, quod scilicet non sit in eis ullatenus confidendum.

Vides[5] igitur quod non sit pactum aliquod cum eis [2]faciendum. Sequitur secundum, scilicet quod[6] non sit in eis ullatenus confidendum. Et ad hoc probandum quatuor rationes quae sunt de facto breuiter explanabo. Prima ratio est a proprietate generali omnium orientalium nationum, quae habitualem consuetudinem habent fidem varie[7] mutare atque peruertere cum fortuna. Non enim sunt gentes in mundo quae melius sciant verbis et factis palliatis se tegere, adulationibus [8]ad alios demulcere,[8] larga et magna promittere, obsequiis delinire. Nec sunt gentes quae melius sciant a promissis diffugere, magis versute decipere, cautius unam proditionem texere, nec inuerecundius a juratis atque firmatis fidelitatibus resilire; quibus, cum plus promiserint et juraverint, minus credas; qui cum plus obsequii impenderint et honoris, tunc ab eis caueas, tunc suspectos habeas velut[9] hostes. Haec enim faciunt ut assecuratum hominem fallant et decipiant improuisum. Hos illi efferunt summa laude, hos honorant, promouent, et exaltant quos inuenerint[10] magis callidos et versutos, quos viderint pulcriora et [11]promptiora mendacia[11] inuenire, et quos nouerint scire ad finem intentum unam deducere falsitatem. Caue, Domine mi Rex, ne ignem in sinu foueas, hostem in thoro, et ne in gremio scorpionem nutrias aut serpentem. [P. 38] Secunda ratio est, quia licet ipsi[12] cum orientalibus participent in praedictis, quilibet tamen eorum est de domo magis proditoria orientis aut etiam aquilonis. Imperator siquidem nunc Graecorum est de quadam domo quae vocatur Palaeologorum, sic nominata[13] a quodam

[1] *Ergo,* M.
[2] *Quam ipsi,* M.
[3] *Cretioris,* M.
[4] *Iniat,* M.
[5] *Viso,* M.
[6] *Feriendum . . . secundum secundum quod scilicet,* M.
[7] *Variare,* M.
[8] *Demulcere aliis,* M., which of course reads *caucius* below.
[9] *Veld* (for *velud*), M.
[10] *Inuenerunt,* M.
[11] *Prompciora mendantia,* M.
[12] M. omits *ipsi.*
[13] *Denominata,* M.

qui Palaeologus primitus est vocatus, a quo omnes hujusmodi cognationis descenderunt. Qui propter proditiones quas in dominum suum commiserat captus fuit et priuatus omnibus bonis[1] suis et cingulo militari. De cujus progenie natus fuit Palaeologus atauus hujus qui Graecorum imperium modo tenet. Qui quidem Palaeologus, postquam proditiones[2] multas commiserat et nephandas, tandem Philippum filium Balduini secundi patrem Dominae Katherinae uxoris felicis[3] memoriae Domini patris vestri quandam filiam Karoli primi Siciliae Regis susceperat, de imperio effugauit, et in ipsum imperium temerarie se intrusit. Postmodum vero timens idem Palaeologus quod quia domum Franciae multum offenderet[4] per expulsionem praedicti Philippi de imperio, qui tam ipse quam pater suus de domo Franciae originem habuerunt, ne per Dominum Karolum Regem Siciliae primum sibi imperium auferretur, qui tunc ad hoc magnum fecerat apparatum, ad calliditates et fallacias[5] se conuertit,[6] et ex una[7] dixit se velle Ecclesiae Romanae submittere et fidem suscipere et seruare, et ad hoc etiam nuntios misit ad [8]concilium Lugdunense.[8] Ex altera autem parte Dominum Petrum Regem [9]tunc Aragoniae[9] induxit magnis exhibitis [10]pecuniis et promissionibus quod praedicto Karolo rebellante Siciliam[10] occuparet, ut sic ipsum [M. 12 r] Karolum ab inuasione imperii remoueret, quod et factum est, ut testatur verius dies praesens. Filius etiam hujus Palaeologi Andronicus nomine auus istius de quo texitur sermo praesens non sine proditionibus[11] vitam duxit. Mortuo siquidem patre suo, clero et monachis coronationi suae assentire volentibus,[12] fuit per eos ad faciendum quinque juramenta sacrilega inclinatus miser ille[13] sacrilegus perditus et seductus.

Primum juramentum fuit quod Romanae Ecclesiae fidem nunquam reciperet, sed ipsam excommunicaret cum omnibus sibi adhaerentibus et malediceret in aeternum. Secundum quod Graecorum fidem nunquam desereret, nec ei verbo vel facto in aliquo contrairet. Tertium, quod quia pater ejus fidei Romanae[14] adhaeserat et mortuus fuerat in eadem, ipsum malediceret et excommunicando perpetuo [P. 39] anathemati obligaret. Quartum, quod in detestationem Romanae fidei et Ecclesiae eundem patrem suum nunquam permitteret sepeliri.[15] Quintum, quod

1 M. omits *bonis.*

2 *Productiones,* M., which reads *Katerinae* below.

3 *Fletis,* M., which as usual makes its *vestri* like *nostri.*

4 *Offendant,* M. which, above, corrects *Scicilie* to *Sicilie.*

5 *Fallacitates,* M.

6 *Conuertis,* M.

7 Here M. adds *parte.*

8 *Consilium Lugdinense,* M.

9 *Agonie tunc,* without sign of contraction, M.

10 *Peccuniis . . . promissis . . . Sciciliam,* M.

11 *Prodictionibus,* M.

12 *Volentibus assentire,* M.

13 *Ipse,* M.

14 Here M. adds *ecclesie.*

15 *Sepelire,* M.

quia pater suus multum effuderat[1] sanguinem monachorum quia nitebantur praedictam unionem cum Romana Ecclesia impedire nunquam per se vel per alium judicium mortis vel sanguinis promulgaret. Haec autem juramenta ita stricte et cum tanta perseuerantia obseruauit quod per ipsum usque ad hanc diem dispensatio nulla fuit. Sed postquam fuit in imperio solidatus, licet sanguinem non effuderit, ut firmauerat juramento, ad alia tamen crudelitatis et infidelitatis genera contra etiam illos de domo propria expressius conuertit. Nam fratrem unum proprium excoecauit, et alterum fecit in carcere mori fame. Sororem etiam suam macerauit squalore[2] carceris et occidit. Omnes iterum de sua stirpe pene aut proscripsit aut carceri mancipauit, nec permisit aliquam de praedictis cum pace descendere ad inferna.

Tertia ratio est, quia iste qui nunc in Graecia iniquum obtinet principatum, nomine Andronicus, in domo tam praeditoria natus et patrum suorum oblicationibus[3] extra veritatem et justitiam educatus, progressu successorio obtinet, falsitates et proditiones ostendit se in suis[4] prauis operibus jure hereditario possidere, ut videatur in sua domo quanto posterior, tanto pejor. Et ut de multis pauca dicam, ipse fratrem suum[5] unicum uterinum manu propria interfecit, auum suum Andronicum supradictum, qui eum nutriuerat tanquam pater, de imperio deposuit et dejecit, et in quodam monasterio eum trudentes[6] violentatum ac pro viribus renitentem[7] monachum[8] fecit, ubi adhuc degit in magna miseria et dolore, propter [9]continuos singultus et assiduas lacrymas factus [9] coecus. Qui quamuis[10] ista bene meruerit, malus senex tamen a proditione[11] nepharia actorem juuenem non excusat. Haec de Imperatore Graecorum.

De Rege vero Rassiae quid exponam, cum ipse in illo regno de [12]jure locum non habeat neque secum.[12] Sed similis eum infidelitatum, proditionum, ac tyrannidum noxa grauis, [13]nota tamen,[13] praedicet ac infamem, et catena scelerum usque ad ipsum a suis progenitoribus extendatur, quae de malo in pejus crescit in eo continue et augetur. Ad hoc autem aptius[14] declarandum, sciendum quod fuit quidam Rex Rassiae qui Stephanus vocabatur. Et hic habuit duos filios; quorum unus Ste-

[1] *Effunderat,* M.
[2] *Sualor,* M.
[3] *Obligationibus,* M., which of course reads *optinet* below.
[4] M. omits *suis.*
[5] *Proprium,* M.
[6] *Trudens,* M.
[7] *Reluctantem,* M.
[8] *Eum,* M.
[9] *Continuatos . . . lacrimas factus est,* M.
[0] *Licet,* M.
[11] *Productione,* M.
[12] *Iure non habeat neque focum,* M.
[13] *Vocatum,* M.
[14] *Apertius,* M.

phanus,[1] alter vero fuit Vrosius nominatus. Post mortem autem Stephani Regis [P. 40] patris istorum Vrosius contra jam fatum Regem Stephanum insurrexit, quem Stephanus bello aggrediens superauit. Sed postea misertus sanguinis fratris sui, ipsum dimisit, et cum eo regnum voluntarie condiuisit.[2] Accepit Stephanus [M. 12 v] filiam Regis Ungariae in uxorem nomine Katherinam sororem[3] felicis recordationis Dominae Mariae Reginae Siciliae et Ungariae, quae fuit mater bonae memoriae Dominae matris vestrae. Ex ista autem Domina Katherina iste Stephanus filium generauit, qui Vlatislaus fuit[4] nominatus. Moriens autem Stephanus [5]suum Vlatislaum filium[5] Regem et heredem partis regni quam sibi retinuerat dereliquit, ita tamen quod Vrosius ab eodem Vlatislao[6] tanquam vassallus recognosceret se tenere reliquam partem regni. Vrosius autem contra Vlatislaum nepotem suum et dominum insurrexit, et ipsum cepit, et ablato sibi regno toto, in carcerem vinculauit, a quo, viuente Vrosio, non potuit liberari. Accepit autem Vrosius uxorem Dominam Elizabeth sororem [7]Dominae auiae vestrae.[7] Qua repudiata et viuente, accepit filiam Imperatoris Graecorum qui tunc erat, sororem videlicet istius qui nunc est Imperator. Ex ipsis autem uxoribus filios non suscepit; sed ex diuersis concubinis duos filios generauit, quorum[8] unus Constantinus, alter vero fuit Stephanus nominatus, qui pater fuit istius qui nunc regnum Rassiae detinet occupatum. Hic Stephanus contra patrem suum Vrosium insurrexit, et eum vita et regno priuare pluries attentauit. Tandem per patrem captus exoculari mandatur, et in Constantinopoli[9] cum duobus filiis suis exilio relegatur. Et quia carnifex[10] corruptus pecunia in pupillam oculi directe, sicut per patrem ordinatum fuerat et mandatum, lanceolam non infixit, per medecinas appositas oculis, licet non plenarie, aliqualiter tamen vidit. Quod tamen quandiu pater ejus vixit ita celatum esse voluit et secretum quia[11] filium proprium, quia hoc puerili sagacitate perpenderat, continuo manu propria strangulauit timens ne alicui reuelaret. Et sic qui patrem occidere voluit, filio non pepercit. Postea vero pater misertus ejus, credens ipsum penitus esse coecum, eum post multos annos quibus in exilio fuerat revocauit. Mortuo autem Vrosio patre suo, [P. 41] cunctis de regno per literas scriptas manu propria manifestans et aperiens quod videret, sequelam maximam [12]promissis et[12] muneribus secum traxit, et

[1] M. here adds *vocabatur*.
[2] *Condimisit*, M.
[3] M. omits *sororem* and reads *Katerinam, Scicilie*.
[4] M. omits *fuit*.
[5] *Filium suum Vlatislaum*, M.
[6] *Vlatislav*, apparently, M.
[7] *Auie Dominae vestrae*, M.
[8] *Et*, M.
[9] *Constantinopolim*, M., which of course reads *attemptauit* above, *sicud* below.
[10] *Carnifer*, M.
[11] So also M.; P. corrects to *quod*.
[12] *Promisit*, M.

Vlatislaum verum regni heredem jam de carceribus liberatum et ad regnum vocatum de toto regno expulit et fugauit. Deinde fratrem proprium et unicum Constantinum supradictum in carcerem vinculauit et inaudito crudelitatis genere interfecit. Nam super lignum ipsum extendi fecit, et clauis infixis per brachia et per crura et per cerebri medium interemit. Talis est[1] progenies viperina, talia venenata pocula reicit ac diffundit. Si vero quis audire voluerit de isto qui in Rassia modo regnat, filio hujus coeci, profecto cognoscet quod licet sit corpore junior et aetate posterior, veneno tamen malitiae inauditae [2]suos in factorem tam fortem voluntate[2] progenitores superat et excedit. Nam patrem proprium, ut praemissum [3]est, spurium,[3] illigitimum, male natum, crudelem, tyrannum, filicidam, fratricidam, et quantum in eo fuit[4] patricidam cepit, vinculauit, carceri mancipauit, et plusquam crudeliter interfecit. Ecce, Domine mi Rex, Imperatorem et Regem praefatos ac domus ipsorum tales describo quales esse totus oriens attestatur et magna ex parte certa experientia sum expertus et edoctus. Nunc ergo vestrae circumspectionis prudentia videat et discernat utrum sit in istis de promissione, juramento, ac fidelitate aliqualiter confidendum, qui sicut generatio peruersa et infidelis[5] de mala natione et praua stirpe proueniunt, de Deo male[6] sentiunt, ecclesiae non obediunt, parentes perimunt, filiis non parcunt, fratres occidunt, genus proprium destruunt[6] et confundunt, qui [M. 13 r] consanguineis noscuntur esse alieni, amicis hostes, domesticis inimici, falsi ad dilectores, ad auxiliatores[7] proditores, subditorum oppressores,[8] alieni juris inuasores, dominorum suorum crudelissimi interfectores.[9]

Quarta ratio quare non sit in eis ullatenus confidendum est[10] propter illa quae alias[11] Graeci fuerunt contra nostros proditorie machinati. In historiis enim ultramarinis legitur quod in quodam passagio calcem viuam cum farina, quam vendebant Dei exercitui, miscuerunt, ex qua panis confectus et comestus excidium conferre poterat, non salutem, et cor non confirmare, sed potius infirmare. Quod quidem facinus inauditum et proditio alias[12] a seculis inexperta multos ex nostris per infirmitates varias et mortes subitas subtraxerunt. Item [P. 42] alia vice [13]suae malignitatis astutiam ad talem nequitiam conuerterunt[13] quod naues et

[1] Here M. adds *hec.*
[2] *Suos in facto non tamen in voluntate,* M. P. corrects *factorem* to *fictorem.*
[3] *Et suspirium,* M.
[4] Here M. adds *et.*
[5] *Infideles filii,* M.
[6] M. omits *male,* to insert it after *destruunt.*
[7] *Auxiliarios,* M.
[8] M. omits *oppressores.*
[9] *Occisores,* M.
[10] Here M. adds *propter ipsam.*
[11] *Alii,* M.
[12] M.'s reading here is preferably *aliis.*
[13] *Ad talem nequitiam sue malignitatis astutiam conuerterunt,* M.

galeas quae necessaria pro passagio transuehebant in portu Constantinopolitano in inferiori parte ipsarum per homines qui vocantur merguli perforarunt,[1] ut aqua citius implerentur, et in profundum subito mergerentur,[2] et omnia quae exercitui erant necessaria perderentur, ut sic [3]necessitatus exercitus aut ad propria remearet, aut certe Graecorum[3] et aliorum infidelium gladiis interiret. Quod et factum fuisset, nisi Deus propitius et defensor consilium Graecorum malignantium detexisset. Quia igitur satis pro modo huic tractatui congruenti digestum et ostensum est quomodo cum praedictis non est foedus aliquod faciendum nec in eis est ullatenus confidendum, nunc est ad tertium procedendum. Tertium igitur[4] est ostendere ac declarare causas justas, licitas, et honestas ad eorum dominium inuadendum et ab eis cum serenitate conscientiae auferendum. Et licet sint causae sufficientes illae quae elici et haberi possunt ex rationibus supradictis, tamen aliae quatuor causae sunt breuiter subnectendae quantum ad istum spectat qui Graecorum Imperatorem se dicit, quas breuiter explanabo.

Prima causa est, quia licet sui progenitores, velut alter Herodes, sicut volunt suae genealogiae seriem ordinant,[5] per quam nituntur proditiones[6] quas fecerunt in occisionibus dominorum suorum[7] infamiam operire necnon et[8] gloriam culminis Augustorum se fallaciter sublimare, rei veritas tamen existit[9] quod ipsi nec lineam imperatoriam nec parentelam sanguinis attigerunt.[10] Palaeologus atauus istius texere inchoauit, qui fuit primus [11]Imperator et primus[11] proditor domus suae.

Secunda causa est [12]proueniens ex praedicta[12] Patet enim quod nullum jus obtinet in imperio, quod atauus ejus primus violentator, tyrannus, et injustus possessor sibi non debitum usurpauit. Nisi velit quis dicere quod illud obtinet jure proditorio per successionem[13] et injustitiae sibi a suis prauis patribus [14]derelictum. Sed ut videamus[14] clare quod jus illius imperii ad alterum pertineat,[15] non ad ipsum, quantum ad patris[16] spectat rationem facti breuiter hic perstringo. Quidam nobiles de Francia transfretantes in subsidium terrae sanctae Constantinopolim

[1] *Perforarent,* M.

[2] *Mergentur,* M., which of course reads *excercitui.*

[3] *Necessitus excercitus apparere mereat aut terre Grecorum, M.*

[4] *Ergo,* M.

[5] *Ordinatur,* apparently, M., which of course reads *velud, sicud,* above.

[6] So M.; P. corrects to *proditionum.*

[7] Here M. adds *et inuasione imperii excusare atque obfuscacionem sui generis et natalium suorum,* M.

[8] M. here adds *in.*

[9] *Existat,* M.

[10] M. here adds *nisi quam,* joined on immediately to *Paleologus,* etc.

[11] M. omits *imperator et primus.*

[12] *Perueniens ex predictis,* M., which of course reads *optinet,* below.

[13] M. here adds *iniquitatis,* reading *patribus prauis* below.

[14] *Derelicto sic ut videmus,* M.

[15] *Optineat,* M.

[16] *Patrem,* M.

deuene[P. 43]runt, videlicet [1]Balduuinus Comes Flandrensis,[1] Ludouicus Comes Blesensis, Stephanus Perticensis,[2] et Marchio Montisferrati. Inuenerunt autem eandem ciuitatem ab Andronico occupatam, qui fratrem proprium Thurshac[3] dejecerat, excoecauerat, et in carcerem incluserat valde durum, in quo posuit Alexium nepotem suum ipsius filium excoecati. Alexius vero Dei volito de carcere liberatus ad praedictorum Francorum [M. 13 v] [4]exercitum se conjunxit.[4] Qui praedicti tyranni Andronici facinus horrescentes, ciuitati protinus bellum parant.[5] Quam ingressi, Andronicus effugatur et Alexius juuenis in imperium coronatur, patre Thurshac prius de carcere liberato. Alexius autem, sicut ingratus et falsus, paruipendens quod[6] Francos vitam conseruassent[7] et ad coronam imperii peruenisset,[8] mala machinatus est plurima contra ipsos, in [9]hoc a [9] Graecorum perfidiis[10] non declinans. Qui permissione justa[11] diuina per Mortulfam[12] suum quendam hominem capitur et in lecto dormiens strangulatur, postquam jam Francos de ciuitate expulerat et contra ipsos attentauerat, ut praedicitur, multa mala. Nihilominus tamen Franci in detestationem facinoris contra Mortulphum arma capiunt, ciuitatem impugnant, et infra decem dies capiunt impugnatam. Et quia Alexius sine herede et legitimo successore imperium dereliquit, Balduuinus supradictus Comes de consilio unanimi et assensu principum, cleri, et populi uniuersi in Imperatorem eligitur et in Ecclesia sanctae Sophiae solemniter coronatur, atque sibi laus imperialis ab omnibus acclamatur. Postquam[13] vero Franci dictum imperium per successiones aliquas tenuissent, peruenit tandem[14] ad Philippum filium Balduuini secundi, qui fuerat filius Petri de Cortenayo[15] Comitis Altisiodorensis et sororis primi Balduuini et Henrici fratrum, qui [16]imperium etiam sine herede successiue reliquerant.[16] Hic Philippus filiam Karoli primi Regis Siciliae duxit in uxorem, quae fuit amita[17] matris vestrae. Ex ista autem uxore praefatus Philippus genuit Dominam Katherinam, quae fuit uxor

[1] *Balduinus . . . Fflandorensis,* M., which of course reads *Ffrancia* above.
[2] *Particensis,* M.
[3] *Tursach de imperio,* M.
[4] *Excitum secum duxit,* M.
[5] *Pararit,* M., which reads *orrescentes* above.
[6] *Quod per Francos,* M.; P. corrects *Francos* to *Franci sibi.*
[7] *Conseruasset,* M.
[8] P. corrects to *promouissent.*
[9] M. omits *hoc a.*
[10] M. adds here *et falsitatibus.*
[11] *Iuxta,* M.
[12] *Mortulfum,* M., reading, by careless repetition of letters at end of one and beginning of next line, *quendmam,* just below; and giving the customary *Ffrancos, Ffranci, Scicilie, attemptauerat, detestacionem, nichilominus,* lower down.
[13] *Postque,* M.
[14] *Quod* M. adds here.
[15] *Coutenayo,* M.
[16] *Ipsum tenuerant et sine herede relinquerant successiue,* M.
[17] So P., clearly uncorrected; *amica,* M.

Domini Karoli felicis memoriae patris [1]vestri et mater sororis vestrae nunc [relictae] Principis Tarentini.[1] Palaeologus autem tam Philippum praedictum quam Dominam Katherinam ejus filiam de imperio effugauit, et ipsum imperium tyrannice et praedaliter occupauit; quod et iste Andronicus Palaeologi pronepos [P. 44] eodem non jure sed injuria detinet occupatum.

Tertia causa est, quia istud[2] imperium non detinetur in damnum[2] alterius cujuscunque, sed in damnum et[3] detrimentum ac dispendium domus vestrae. Vera enim heres hujus imperii, Domine mi Rex, soror tua est bonae memoriae Principis Tarentini uxor relicta; ejusque filii nepotes[4] tui et consobrini germani sunt in tuis manibus orphani derelecti, qui[5] ad te dirigunt oculos suae mentis, quem diuinae prouidentia bonitatis eis contulit et concessit singulare solum et unicum refugium ac[6] juvamen. Et tu ipse, Domine,[7] potentiae tuae dextera pupillum et viduam suscipias, et vias Graecorum peccatorum destruas et disperdas, pietatis amator[8] et justitiae executor.

Quarta causa est vindicta effusi sanguinis Gallicorum fidelium innocentium. Palaeologus namque, quando, ut praedictum est, [imperium] occupauit, omnes Francos quos in Constantinopoli[9] et in toto late imperio potuit inuenire crudeliter trucidauit. Quanta autem crudelitatis[10] insania tunc et alias Graeci contra Francos [11]fuerint debacchati[11] testis est agger ossium mortuorum qui in quadam crypta quae est intra murum ciuitatis juxta Bucam leonis palam cunctis videre volentibus demonstratur, quos non permiserunt[12] ullatenus sepeliri in detestationem[13] nostrae fidei et odium Gallicorum. De Rege vero nunc Rassiae patet etiam illud idem, quod scilicet regnum illud nec per successionem legitimam,[14] nec per hereditatis conuenientiam, sed per violationem alieni juris obtentum,[15]per tyrannidem est[16]possessum, et per [17]proditionem detinet ipsum occupatum.[17] Ipse[18] namque, ut superius est expressum, filius spurii est illius qui in patrem suum Vrosium insurrexit[19] et in eum usque ad mor-

[1] M. omits *vestri*, and reads: *et mater sororis vestrae relicte nunc Principis Tarentum; Katerinam*, of course, above and below.

[2] *Iusture, Imperium detinetur non in dampnum*, M.

[3] *Ac*, M.

[4] *Nepotis*, M.

[5] Here M. adds *quia*.

[6] *Et*, M.

[7] M. omits *Domine*.

[8] *Et mater*, M.

[9] *Constantinopolim*, M., which of course has *imperium* above.

[10] *Crudelitas*, M.

[11] *Fuerunt debacati*, M.

[12] *Miserunt*, M., which reads *cuntis* above.

[13] *Detestaciones*, M.

[14] *Logitima*, M.

[15] *Obtentam*, M.

[16] M. omits *est*.

[17] *Perdicionem detinet ocupatam*, M., omitting *ipsum*.

[18] Originally *prope* in M., insufficiently corrected to *ipse*.

[19] *Insurrexerat*, M.

tem consþirauerat et multas proditiones tractauerat, propter quae pater ipsum jusserat excoecari et in exilium relegari, qui insuper post mortem patris sui Vrosii Vlatislaum consobrinum vestrum filium Regis Stephani regni praefati verum[1] de jure dominum et heredem[2] per tyrannidem, proditionem, et injuriosam violentiam effugauit. Si enim in dicto regno aliquod jus haberat, hic inquam spurii filius qui nunc regnat, certe totum dinoscitur [3]perdidisse. Fuit[3] enim nunc de nouo proditor et captor patris proprii et occisor.

(*To be continued.*)

[1] *Merum,* M.
[2] *Heredes,* M.
[3] *Prodidisse ffuit.* M.